Intellexerunt etiam corporis speciem esse sensibilem. et spiritus speciem intelligibilem. et intelligibilem speciem sensibili pretulerunt. Sensibilia dicimus que visu tactuque corporis sentiri queunt. Intelligibilia que conspectu mentis possunt intelligi. Cum ergo in eorum conspectu et corpus et animus magis minusque speciosa essent. si autem omni specie carere possent omnino nulla essent: viderunt esse aliquid quo illa speciosa facta sunt. vbi est prima et incommutabilis species. ideoque incomparabilis. et illud esse rerum principium rectissime crediderunt. quod factum non esset: et ex quo cuncta facta essent. Ecce tot modis potuit cognosci veritas dei. Cum enim deus vna sit et simplex essentia. que ex nulla diuersitate partium vel accidentium consistit. pluraliter tamen dicit apostolus. inuisibilia dei: quia pluribus modis cognoscitur veritas dei per ea que facta sunt. Ex perpetuitate namque creaturarum intelligitur conditor eternus. ex magnitudine creaturarum omnipotens. ex ordine et dispositione sapiens. ex gubernatione bonus. Hec autem omnia ad vnitatem deitatis pertinent monstrandam.

¶ Quod in creaturis apparet vestigium trinitatis.

Aug. **Nunc** restat ostendere: vtrum per ea que facta sunt aliquod trinitatis vestigium vel indicium exiguum haberi potuerit. De hoc Aug. lib. vj. de trini. ait. Oportet vt creatorem per ea que facta sunt intellectu conspicientes trinitatem intelligamus. Huius enim trinitatis vestigium in creaturis apparet. Hec enim que arte diuina facta sunt. et vnitatem quandam in se ostendunt et speciem et ordinem. Nam quodque horum creatorum et vnum aliquid est. sicut sunt nature corporum et animarum. et aliqua specie formantur. sicut sunt figure vel qualitates corporum ac doctrine vel artes animarum. et ordinem aliquem petit aut tenet. sicut sunt pondera vel collocationes corporum et amores vel delectationes animarum. et ita in creaturis relucet vestigium trinitatis. In illa. n. trinitate summa origo est omnium rerum et perfectissima pulchritudo. et beatissima delectatio. Summa autem origo: vt Aug. ostendit in li. de vera religione intelligitur deus pater a quo sunt omnia. a quo filius et spiritussanctus. Perfectissima pulchritudo intelligitur filius. s. veritas patris nulla ex parte ei dissimilis. quem cum ipso et in ipso patre veneramur. qui forma est omnium que ab vno facta sunt et ad vnum referuntur. Que tamen omnia nec fierent a patre per filium. neque suis finibus salua essent. nisi deus summe bonus esset. qui et nulli

De substantijs intellige

nature

nature q̄ ab illo bona esset inuidit. et vt in bono ipso maneret. alia quātū vellet. alia quātū posset dedit. que bonitas intelligit spūssctūs qui est donū patris et filij. q̄re ipm donuz dei cū patre et filio eque icōmutabile. colere et tenere nos ɔuēit. Per ɔsideratione itaqȝ creaturarū vni⁹sbe trinitatē intelligim⁹. sȝ vnum deū patrē a quo sum⁹ et filiuz per quē sum⁹. et spūsanctū in quo sum⁹. s. pncipiuz ad qd recurrim⁹: et formā quā sequmur. et grāz qua reconciliamur vnū. s. quo auctore cōditi sum⁹: et silitudinē ei⁹ per quā ad vnitatem reformamur. et pacē q̄ vnitati adherem⁹. s. deum q dixit. Fiat. et verbū p qd factū est oē qd substantialiter et nālr est. et donū benignitatis eius q̄ placuit qd ab eo p vbū factū est et recōciliatū est auctori vt nō interiret. Ecce ostensum est q̄liter in creaturis aliquaten⁹ imago trinitatis idicat. nō eni p creaturaꝝ ɔtēplationez sufficiēs noticia trinitatis pōt haberi vel potuit sine doctrie vel iterioris ispiratiōis reuelatiōe. Vn̄ illi antiq phi q̄si p vmbrā et de lōginquo viderūt vitatē. Deficiētes i ɔtuitu trinitatis: vt magi pharaonis in tertio signo. Adiuuamur tn̄ in fide inuisibiliū per ea q̄ facta sunt.

¶ Quō in anima sit imago trinitatis.

Nunc vo ad eam iā peruenim⁹ disputationē. vbi in mēte humana que nouit deū vel possit nosse trinitatis imaginez reperiam⁹. Ut eniz ait Aug⁹ in. xiiij. li. de trini. lȝ humana mēs nō sit eius nāe cuius de⁹ est. imago tn̄ illius quo nihil meli⁹ est. ibi. q̄rēda et inueniēda est quo natura nostra nil hēt melius. i. in mēte. In ipsa etiam mēte anteq̄ȝ sit particeps dei eius imago repit. et si eni amissa dei pticipatione deformis sit. imago dei tn̄ pmanet. Eo eniz ipso imago dei est mēs quo capax eius est eiusqȝ particeps esse pōt. Jam ergo in ea trinitatem que de⁹ est inquiram⁹. Ecce enim mens meminit sui. intelligit se. diligit se hec si cernimus cernimus trinitatem nondū quidem deum sed imaginem dei. Hic enim quedam apparet trinitas. memorie. intelligentie et amoris. Hec ergo tria potissimū tractemus. memoriam intelligentiam voluntatez. Hec ergo tria. vt Aug⁹ ait in libro. x. de trini. nō sunt tres vite: sed vna vita. nec tres mētes: sed vna mens: vna eēntia. Memoria vo dr adaliqd. et intelligētia et voluntas sicut dilectio: silr adaliqd dr. vita vo dr ad seipsaz. et mens et essentia. Hec ergo tria: eo vnū sunt quo vna vita: vna mens vna essentia: et qcqd aliud ad seipsa singula dicunt etiā simul non pluraliter sed singulariter dicuntur. Eo vero tria sunt quo ad se inuicem referuntur.

¶ Quomodo equalia sint quia capiuntur a singulis omnia et tota.

Equalia etiā sunt nō solū singula singulis: sȝ etiā singula oibus. Alioqn nō se inuicē caperēt: se aūt inuicē capiūt. Capiunt eni et a singulis singula et a singulis oia. Memini enim me hēre memoriam et intelligentiā et voluntatem: et intelligo me intelligere et velle atqȝ meminisse: et volo me velle et meminisse et intelligere.

¶ Quō tota illa tria memoria capiat.

Totāqȝ meā memoriā et intelligētiā et voluntatē simul memini. Qd eni memorie mee nō memini: illud non est in memoria mea. nihil aūt in memoria est: q̄ȝ ipsa memoria. totā q̄ memini. Itez quicqd itelligo: itelligē me scio: et scio me velle qcqd volo. quicqd aūt memini scio. Totā igit itelligētiā totāqȝ volūtatē meā memini.

¶ Quō illa tria tota capiat intelligentia.

Similiter cū hec tria itelligo: tota sil itelligo. neqȝ eni qcq̄ȝ itelligibiliū est qd nō itelligā. nisi qd ignoro. Qd aūt ignoro: nec memini nec volo. Quicqd ergo itelligibiliū nō itelligo. ɔñter etiam nec memini nec volo. Quicqd ergo intelligibilium memini et volo ɔsequēter intelligo.

¶ Quō illa tota capiat voluntas.

Uoluntas mea ēt totā itelligētiā totāqȝ meā memoriā capit dū vtor toto eo qd intelligo et memini. Cum itaqȝ inuicē singlis et oia et tota capiant. eq̄lia sunt tota singla totis singlis: et tota singla sil oib⁹totis: et hec tria vnū: vna vita: vna mēs: vna eēntia. Ecce illi⁹ sūme vnitatis atqȝ trinitatis: vbi vna est eēntia et tres psone. imago est hūana mēs lȝ ipar. Mēs aūt hic p aio ipso accipit. vbi est illa imago trinitatis. ppe vo mēs dr vt ait Aug⁹ nō ipa aīa: sȝ qd in ea ē excellēti⁹ q̄liter sepe accipit. Illud ēt sciēdū est q memoria nō solū est absentiuz et pteritoꝝ: sed etiam presentium. vt ait Aug⁹ in. xiiij. lib. de trini. Alioquin non se caperet.

Aug⁹

Tria oñ dit eē in aia q̄ relatie dicūt: et eq̄lia sūt. s. memoriā itelligētiāȝ et dilectionē

Aug⁹.

Subtilissima

Congrua silitudo

Aug⁹. Hic oñ dit q̄ō oia a singulis capiunt.

Aug⁹.

Aug⁹.

¶ Ex quo sensu illa tria dicantur esse vnuz & vna essentia queritur.

Hic attēdēduz est diligēter ex quo sen/su accipiendū sit qđ supra dixit illa tria.s.memoriā.intelligētiā & voluntatem eē vnū.vnā mentē.vnā essentiā.qđ vtiqz non vi/det eē vez iuxta ꝓprietatem ſmonis.Mens eniz.i.spūs rōnalis eēntia est spūalis & incor/porea.Illa vō tria nāles ꝓprietates seu vires sunt ipsius mētis.& a se inuicē differunt.quia memoria non est intelligentia vel voluntas. nec intelligentia voluntas siue amor.

¶ Qđ etiā ad se inuicē dicunſ relatiue.

Aug°. Et hec tria etiam ad seipsa referunſ.vt ait Aug°in.ix.lib.de tri.Mens eniz amare seipsaz vel meminisse nō pōt nisi etiā nouerit se.Nā quō amat vł meminit qđ nescit.Miro itaqz mō tria ista isepabilia sunt a seipsis.& tñ eoz singulū & simul oia vna es/sentia est.cuz & relatiue dicanſ adinuicē.

¶ Hic aperitur quod supra querebatur: scz quomodo hec tria dicantur vnum.

Sed iā vidēdū est quō hec tria dicātur vna sba? Ideo qz.s.in ipsa aīa vł mēte sbalr existunt.nō sicut accñtia in sbis.q̄ pñt adeē vel abeē.Vñ Aug° in.ix.li.de trini. Aug°. ait. Admonemur si vtcūqz videre possum°. hoc in aio existere sbalr non tanq̄ in sbo. vt color in corpe.qz & si relatiue dñr ad inuicez: singula tñ sbalr sunt in sba sua. Ecce ex quo sensu illa tria dicanſ eē vnū vł vna sba.Que Aug°. tria vt Aug°ait in.xv.li.de tri.in mēte nālr diuinit° instituta qsqs viuaciter ꝓspicit.& q̄z magnū sit in ea.vñ pōt ēt sempiterna imuta/bilisqz nā recoli.ꝓspici.ꝯcupisci. remiscit.n. p memoriā.ituet p itelligētiā.āplectiſ p dile/ctionē.ꝑfecto repit illi° sūme trinitatꝫ imagi/nē. ¶ Qđ in illa similitudie est dissilitudo.

Verū tñ caueat ne hāc imaginē ab eadē trinitate factā ita ei cōparet vt oi/no existimet similē.sꝫ poti°in q̄licūqz ista sili/tudine magnā quoqz dissilitudinē cernat.

¶ Prima dissimilitudo.

Quod breuiter ondi pōt.Hō vnus p ista tria meminit.itelligit. dili/git.g nec memoria est.nec itelligētia.nec dile/ctio.sꝫ hec hēt.vnus ǵ hō est:g hēt hec tria: nō ipse est hec tria.In illi°vō sūma simplici/tate nāe que de°est.q̄uis vnus sit de°.in tres psone sunt.pi & fili°& spūsctūs.& he tres pso/ne sunt vnus de°.Aliud est itaqz trinitas res ipsa.aliud imago trinitatis in re alia:pp quā imaginē etiā illud in quo sunt hec tria: ima/go dř.s.hō:Sicut imago dř & tabula & pictu/ra q̄ est in ea.sed tabula noie imaginis appel lat propter picturam que est in ea. Nō pp illa tria hō dicit imago.

¶ Altera dissimilitudo.

Rursus ista imago q̄ est hō hñs illa tria:vna psona est.Illa vō tri nitas nō vna psona est:sꝫ tres psone.pi filij.& fili°pris:& spūsctūs pris & filij. Itaqz in ista imagine trinitatis nō hec tria vnus hō: sed vni°hois sunt.In illa vō sūma trinitate cui° hec imago est.nō vni°dei sunt illa tria:sꝫ vn° de°.& tres sunt ille psone nō vna psona. Illa eni tria nō hō sunt:sꝫ hois sunt vel in homie sunt.Sꝫ nūqđ possum°dicē trinitatē sic eē in deo:vt aliqđ dei sit nec ipa sit de°? Absit vt h credam°.Dicam°eni in mēte nřa imaginem trinitatis:sꝫ exiguā & qualēcūqz eē q̄ sūme tri nitatis ita gerit silitudinez:vt ex maxima pte sit dissilis.Sciēdū vō est q̄ hec trinitas men tis:vt ait Aug°in.xiiij.li.de tri.non ꝓpterea tm̄ imago dei est:qz sui meminerit mens & in telligit ac diligit se:sed qz pōt etiā meminisse & intelligere & amare illū a quo facta est. Aug°.

¶ Alia assignatio trinitatis in anima: scilicꝫ mens:noticia:amor.

Pōt ēt alio mō alijsqz noib°distigui tri/nitas in aia:q̄ est imago illi° sūme & ineffabilis trinitatis:vt eni ait Aug° in.ix. li.de tri.Mens & noticia ei° & amor tria q̄dā sunt.Mens eni nouit se & amat se:nec amare se pōt nisi ēt nouerit se.duo q̄dā sunt mens & noticia ei°.Itē duo q̄dā sūt mens & amor ei°. Cū ǵ se nouit mēs & amat se:manet trinitas. s.mēs amor & noticia.Mēs hic accipiſ autē nō ꝑ aīa sꝫ ꝑ eo qđ in aīa excellēti°est.Hec āt tria cuz sint distincta a se inuicē:dicunſ tamē esse vnū:qz in animo substātialiter existunt. Quō ea dicāſ eē vnum.

¶ Quia mēs vice patris:noticia filij: amor spiritussanctus accipitur.

Et est ipa mens q̄si parens:& noticia ei° q̄si ples ei°.Mens eni cuz se co/gnoscit:noticiā sui gignit:& est sola parēs sue noticie.Tertius est amor:qui de ipsa mente & noticia ꝓcedit dū mens cognoscit se & diligit se:non eni posset se diligē nisi cognosceret se. Amat ēt placitā ꝓlē.i.noticiā suā.& ita amor quidā cōplexus est parentis & prolis. Tres in eodem.

¶ Q

¶ Quod non est minor mente noticia nec amor vtroqz.

Nec minor est proles parēte dum tantaz se nouit mens quāta est. nec minor est amor parēte ⁊ ple.i.mēte ⁊ noticia.dū tm̄ se diligit mens quātuz se nouit quanta est.

¶ Qd̓ hec tria in seipsis sunt.

Sunt etiam hec singula in seipsis quia ⁊ mens amans in amore est: ⁊ amor in amantis noticia: ⁊ noticia in mente noscente est. Ecce in his tribus qualecunqz vestigium trinitatis apparet.

¶ Quomodo mens per ista proficiat ad intelligendum deum.

Mens itaqz rōnalis considerās hec tria: ⁊ illā vnā essentiā in qua ista sunt: extendit se ad contēplationē creatoris: ⁊ videt vnitatē in trinitate: ⁊ trinitatez in vnitate. Intelligit enim vnum deum eē: vnā essentiā: vnum principiū. Intelligit enim: qz si duo essent: vel vterqz insufficiens esset: vel alter supflueret: qz si aliqd deesset vni qd̓ haberet alter: nō esset ibi summa pfectio. Si vō nihil vni deesset qd̓ haberet alter. cuz in vno eēnt oia: alter supflueret. Intellexit ergo vnū esse deū oium auctorē: ⁊ vidit qz absqz sapientia non sit quasi res fatua. ⁊ ideo intellexit eū hēre sapiam que ab ipso genita est. ⁊ qz sapiē tiā suā diligit: itellexit etiā ibi esse amorem.

¶ Hic de summe trinitatis vnitate.

Aug°. Qua propter iuxta istā ↄsiderationem: vt ait Aug° in.ix.li.de trini. Credamus patrē ⁊ filiū ⁊ spm̄scm̄ vnū eē deum: vniuerse creature ↄditorē ⁊ rectorem: nec patrem esse filiuz nec spm̄sctm̄: vel patrem esse vel filiuz sed trinitatē relatarū adinuicē psonarū. Ut enim ait ipse in li.de fide ad petrū. Una est natura siue essentia patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. nō vna psona. Si enīz sic eēt vna psona: sicut est vna substātia pris ⁊ filij ⁊ spiritussancti: veraciter trinitas non diceretur. Rursus qdē trinitas esset vera. sed vnus de° trinitas ipsa nō esset. si queadmodū pater ⁊ filius ⁊ spūssctūs psonarū sunt abinuicē pprietate distincti: sic fuissent quoqz naturaruz diuersitate discreti. Fides aūt ptriarcharū pphetarū atqz aplo͛z vnum deum predicat trinitatem esse. In illa ergo sācta trinitate vnus est deus pater qui solus essentialr̄ de seipso filiū

Aug° in li. de fide ad petru3.

vnū genuit: ⁊ vnus filius est qui de vno patre solus essentialiter natus: ⁊ vnus spūssanctus qui solus essentialr̄ a patre filioqz procedit. Hoc aūt totuz non p ōt vna persona.i.gignere se: ⁊ nasci de se: ⁊ pcedere de se. Ut enī ait Aug° in pmo libro de trinitate. Nulla res est que seipsam gignat vt sit.

c Circa distinctionē tertiā. In q̄ agit de cognoscibilitate dei: pzimo querit. Utrū deus possit ↄcipi in aliquo cōceptu cōi vniuoco sibi ⁊ creature? ¶ In hac questione opio cōis tenet partē negatiuā ponēs deuz tant ↄcipi in cōceptu analogo sibi ⁊ creature. ita ꝙ ens nō dr̄ vniuoce de deo ⁊ creatura. sed conceptus entis dictus de deo est oino alius ab illo qui de creatura dr̄. Probat hec opio auctoritate Ar.4.meta. Ens dr̄ ō entib° sicut sanū de sanis: sz sanū dr̄ p pus de aiali qd̓ est susceptiuū sanitatis: ⁊ per posterius de vrina que est idicatia sanitatis. g° ens dr̄ analogice ō entib° ⁊ nō vniuoce. Preterea pmo phisico͛z dicit ꝙ principiū pcedendi ↄ pmenidez ⁊ melissuz ꝙ ens dr̄ multiplr̄. ¶ Itē auctoritate porphirij dicētis. Si qs oia entia vocet equoce nuncupabit. ¶ Preterea arguit per rōnes. Si ens eēt vniuocū ad omia entia: tūc eēt gen°. Probat ↄña. qz tūc pret in qd de pluribus differentib° specie. Preterea. q̄ sunt prio diuersa ⁊ se totis distincta: in nullo ↄueniūt sed de° ⁊ creatura sunt hmōi: igit. Maior est euidēs sed minor pbatur: qz alioqn deus haberet quo ↄueniret ⁊ q̄ differret a creatura: ⁊ ita nō eēt sūme simplex Ad h° adducunt rōnes que fuerūt tacte.4.meta. ¶ Alia est opinio scoti ꝙ deus cōcipit in aliquo ↄceptu vniuoco sibi ⁊ creature puta in cōceptu entis. qd̓ sic pbat. Nullus ↄceptus realis cātur nālr̄ in intellectu viatoris nisi ab his que sunt nālr̄ motiua itellectus nri sed ista sunt fantasmata vel obiectū relucēs in fantasmate ⁊ intellectus agens: igit nullus ↄceptus simplex fit naturaliter in itellectu nostro: nisi qui potest fieri ṽtute isto͛z. sed ↄceptus qui nō est vniuocus obiecto relucēti in fantasmate: sed oino alius ad quē ille hēt analogiā nō pōt fieri ṽtute itellect° agētis ⁊ fantasmatis. ergo talis ↄceptus nunq̄ erit in intellectu viatoris. Probatio assumpti. qz nullū obiectū facit in intellectu ↄceptū simplicē alteri° obiecti: nisi cōtineat illud aliud obiectū essentialr̄ vel virtualr̄. talis autez ↄcept° qui ponit analogus nō est essentialr̄ inclusus in isto: p te si nō sit vniuocus vt dicis: nec virtualiter qz obiectū creatū non ↄtinet virtualr̄ increatū. qz cōtra rōnē posterio͛z essentialr̄ est ṽtualr̄ icludere sui prius. igit nō facit ↄceptū simplicē ⁊ ppriū enti icreato. ¶ Cōfirmat rō. qz pter ↄceptū suū ppriū adeq̄tuz ⁊ inclusuz in ipso altero pdicto͛z duo͛z modo͛z: nihil pōt per ipm cognosci nisi per discursuz. sz discursus psupponit cognitionē illius ad qd̓ discurrit. Sic igit pz ꝙ deus nō est cognoscibilis a nobis naturaliter nisi ens sit vniuocum creato ⁊ increato. hoc etiam modo potest argui de substantia ⁊ accidente,

d.3.q.1

Opinio thome ⁊ hen. de gan d. Arguit pro hac opione

Opinio scoti.

Cu3 enim substantia non imutet imediate intellectū nostrū ad aliquā intellectionē sui: sed tm̄ accidēs sensibile: sequit̄ q̄ nullū ɔceptū qdditatiuū poterimus hr̄e de ea: nisi aliqs talis qui possit abstrahi a ɔceptu accn̄tis: sed nullus talis ɔcept⁹ qdditatiu⁹ abstrahibilis est a cōceptu accn̄tis nisi cōceptus entis. Qd̄ aūt sb̄a non imutet intellectū nostrū ad actū circa se: probatur: q2 qcqd p̄ns imutat intellectū: illius absentia pōt nāliter cognosci ab intellectu qn̄ nō imutat̄. sicut apparet 2° de aīa. q̄ visus ē tenebre pceptiuus. qn̄. s. lux nō est p̄ns: τ iō tunc visus nō imutat̄. igit̄ si intellectus imutat̄ nāliter a sb̄a imediate ad actum circa ipsa3: sequit̄ q̄ qn̄ sb̄a nō est p̄ns: posset nāl'r cognosci nō esse p̄sens. Et ita nāliter posset cognosci in hostia cōsecrata nō esse sb̄am panis: qd̄ est manifeste falsum. Nullus igit̄ ɔcept⁹ qdditatiu⁹ habet̄ nāliter de sb̄a imediate causat⁹ a sb̄a: sed tm̄ causat⁹ vel abstractus p̄mo ab accidēte. τ illud non est nisi ens. Per idē cōcludit̄ etiā ppositū de partib⁹ essentialib⁹ ipsi⁹ substātie. Si eni mā nō imutat intellectū ad actū circa ipsa3 nec forma substātialis: q̄ro quis ɔcept⁹ simplex in intellectu habet̄ de mā τ forma? Si dicas q̄ aliquis cōcept⁹ quidditatiuus relatiuus puta ptis vel ɔceptus per accn̄s: puta alicui⁹ pprietatis mā vl' forme: quero qs est cōceptus qdditatiu⁹ cui iste conceptus per accn̄s vel relatiuus attribuit̄ τ si nullus qdditatiuus habet̄: nihil erit cui attribuatur iste conceptus per accidēs. Nullus aūt qdditatiuus pōt haberi nisi impressus vel abstract⁹ ab illo qd̄ mouet intellectū puta ab accn̄te. τ ille erit cōcept⁹ entis. τ ita nihil cognoscel de partib⁹ substātie: nisi ens cōe vniuocum eis τ accidētibus. ¶ Ad argumēta alteri⁹ opinionis. ¶ Ad illud de 4° metaphisice. Dico q̄ Aristoteles. x. metaphisice ɔcedit ordinē essentialē inter species eiusdē generis: q2 ibi vult q̄ i vnoquoq3 genere ē vnū p̄mū qd̄ est merū τ mēsura oium alio℞ mēsurata aūt habēt ordinē essentiale3 ad mensurā. τ tamē nō obstante tali attributione cōcedit quilibet vnū esse cōceptū gn̄is. alr̄ gen⁹ nō p̄dicaret̄ in qd de pluribus differētibus specie. Si enim genus nō haberet cōceptū aliū a cōceptib⁹ specierum: nullus cōceptus diceret̄ in quid de plurib⁹: sed tantū quilibet de seipso: τ sic nihil p̄dicaret̄. vt genus de specie: sed vt idē de eodē. Concedo itaq3 creaturā habere attributionē essentialē ad deū cū q̄ attributione l3 nō stet vniuocatio phisica: q2 nō est vnitas nature. bn̄ tamē stat vniuocatio logica ppter vnitatē cōceptus: sic accidens habet attributionē essentialē ad substātiam. τ tamen ab hoc τ ab illo pōt conceptus cōis abstrahi. Per hoc possent solui oēs auctoritates que sūt de hac materia. ¶ Ad aliū de p° phisico℞ dico q̄ phs loquit̄ ibi de multiplicitate supposito℞ que nō repugnat vniuocationi. Unde cū dicit q̄ ens dicit̄ multipliciter idest de multis suppositis. ideo ɔtra parmenidē τ melissum ponētes oia esse vnū ens. est ɔcedēdū: q̄rendo de quo supposito entis itelligāt. ¶ Ad porphiriū dico q̄ ipse allegat sibi Ari. cū dicit si qs. Quomodo aūt intelligant̄ auctoritates Arist. patet ex p̄cedētibus. Ex ipsis enim habet̄ solum analogia entis vel equiuocatio physica nō aūt equiuocatio logica. imo talē equocationē negat 4° metaphy. dicēs q̄ ens dicit̄ multipliciter: nō tamē equoce ergo vniuoce cum vniuocū τ equiuocū sint imediata vt patet ex rationibus eo℞. ¶ Ad p̄mā rationē q̄ ens esset genus. Respōdeo q̄ ens nō est genus: q2 vt dicit̄ 3° metaphy. ens predicatur de aliquib⁹ differentijs per se p̄mo modo. Ad cuius euidētiā distinguo de differentijs. Aliq̄ enim differētia pōt sumi a parte essentiali vltima que est res. τ natura alia ab illo a quo sumitur cōceptus generis. sicut si ponat̄ pluralitas formarū τ gen⁹ dicat̄ sumi a parte essentiali priori. τ differētia specifica a forma vltima. tūc sicut ens dicit̄ in quid de illa parte essentiali a qua sumit̄ differētia talis specifica. ita dicit̄ in quid de tali differētia in abstracto. ita q̄ sicut hec est in quid aīa intellectiua est ens accipiēdo eundē conceptū entis: s̄m quē dicitur de hoie vl' de albedie. ita hec est in quid rōnalitas est ens. si rationalitas sit talis differentia: sed nulla talis differētia est vltima: q2 in tali continētur plures realitates aliquo mō determinate ex natura rei: τ tūc natura talis pōt cōcipi s̄m aliquid. hoc est s̄m aliquam realitatē τ perfectionē τ s̄m aliā ignorari. Et iō talis natura cōceptus nō est simpl'r simplex: s3 vltima realitas seu perfectio realis nature a qua vltima realitate sumit̄ vltima differētia que ē simpliciter simplex. Ista realitas non includit ens quidditatiue: sed hēt cōceptū simpliciter simplicē. vnde si talis realitas sit a hec nō est in quid. a inquantū a. est ens: sed per accidēs. τ hoc siue a. dicat illā realitatē siue differētiā in abstracto sūptā a tali realitate. Quia igit̄ ens dicit̄ in quid de aliqbus differētijs. sequit̄ q̄ ens nō est gen⁹ ppter nimiā cōītatē entis. Nullu3 enim genus dr̄ de aliqua differētia inferiori in quid. neq3 de illa que sumit̄ a forma neq3 de illa que sumit̄ ab vltima realitate forme. sicut patebit distinctiōe. viij. q2 semp illud a quo sumit̄ cōceptus generis s̄m se est potētiale ad illā realitatē a qua accipit̄ cōceptus differētie siue ad illā formā si differentia sumitur a forma. Unde sicut materia nō predicat̄ per se de forma: sic genus de differentia. Et si arguatur q̄ si rationale vel aliqua cōstitutiua differētia includit ens quidditatiue. igitur addendo talē differētia3 generi erit nugatio eo q̄ idem bis dicetur. ¶ Respōdeo q̄ ad nugationē op3 q̄ sit inutilis repetitio eiusde3. l3 igitur rationale includat ens in quid. tamē addendo rationale animali nō est nugatio: quia l3 ens bis dicat̄: nō tamen inutiliter repetit̄ addendo rōnale aiali: q2 nō additur rōne entis quod includit sed rōne illius qd̄ importat vltra aial. Si ista r̄n̄sio nō placet vide aliā in scoto. ¶ Ad aliā dicendu3 q̄ l3 de⁹ τ creatura sint se totis distincta in realitate: non tm̄ in ɔceptu reali vel sub alijs vbis. l3 deus τ creatura sint distincta se totis subiectiue: non tm̄ obiectiue. ɔueniūt. n. in ɔceptu entis q̄ h3 eē i intellectu obiectiue p spē3 abstractā a reb⁹ sensibilib⁹. nō tm̄ ɔueniūt in aliq̄ realitate potētiali τ cōtrahibili per aliā realitatē: sicut rōnalitas in hoie ɔtrahit aīa

Quia

Margin notes:
- vniuocatio duplex (beside "stat vniuocatio logica")
- ens mltipl'r dici quō i telligit̄ (beside "Unde cū dicit q̄ ens dicit̄ multipliciter")
- dr̄a3 sumi du-plr itel-ligitur (beside "Ad cuius euidētiā distinguo")
- duplex ɔcept⁹ simiō (beside "natura cōceptus nō est simpl'r simplex")

Quia cū de⁹ sit sūme simplex nō est in eo ordo reali
tatū quaꝝ vna sit ꝯtrahibilis ꝛ pfectibilis p aliā realita
tē: qꝛ tūc esset ibi cōpositio saltē act⁹ ꝛ po^e. ꝛ hec est
vna ratio q̄re de⁹ nō est in gñe. vt videbit. viij. disti.
Et si arguas cū ens dicat vnū cōceptum cōem deo ꝛ
creature. opȝ ꝙ contrahat ad illa. ꝛ sic erit ibi ordo
realitatū quarū vna cōtrahet aliā. ¶ Rñdeo ꝙ ꝯhē
tia ens nō sunt differētie cū nō ꝯstituāt cōpositū cum
ꝯcto. ꝯhit enim ens per finitū ꝛ infinitū q sunt modi
intrinseci. vnde entitas in deo ꝛ infinitas nō sunt due
realitates ſȝ vna simplex realitas in sūmo gradu pfe
ctionis. Nō sic de realitatib⁹ a qbus sumit gen⁹ ꝛ dif
ferētia. vt pȝ in albedine que est forma simplex ſȝ sit
ibi cōpositio act⁹ ꝛ potētie. Intellect⁹ enim separat⁹
vidēs albedinē. videt ibi duas realitates q̄rū vna est
potentialis ꝛ pfectibilis per aliā. Et si arguas. si ens
ꝯhitur ad deū ꝛ creaturā per modos itrinsecos. igit
de⁹ ꝛ creatura nō differūt formalr: cū modus intrin
secus sit qui addit⁹ alteri nō variat rōnē formalē ei⁹
seu ꝯstituti ex illo ꝛ altero cui additur. Rñdeo ꝙ ſȝ
modus intrinsecus nō variat rōnem formalē pōt tñ
stare varietas modoꝝ cū varietate rōnuȝ formaliū ꝛ
nālium. sicut ſȝ pfectū ꝛ impfectū non varient spēm
pñt tñ stare cū varietate specieꝝ. Et notādū ꝙ ſȝ ens
sit vniuocū oī enti reali. nō tñ dicit in quid de oībus.
Cōceptibus eni nō simpliciter simplicib⁹ est vniuocū
in qd dictū de eis. In simplr enim simplicib⁹ est vni
uocū nō in qd: sed vt determinabilis ꝛ denoīabilis.
hmōi aūt sunt differētie vltime. ꝛ ꝓprie passiones en
tis. Vltimas aūt differētias voco que nō sunt resolu
biles in alias dr̄ias. ¶ Qd aūt ens non dicat de eis
in quid. sic ꝓbatur. Si due differentie includunt ens
in quid. tūc nō sunt diuerse: sed differētes cū sint ali
quid idem entes. Differētia enim sunt aliquid idem
entia. ex 5°. metaphy. ille igit differētie includūt ens
ꝛ differūt per alias differētias. Et tūc quero de illis
vtrū includāt ens in quid vel nō. Si sic: querā de il
lis sicut de prioribus: ꝛ ita erit ꝓcessus in infinituȝ in
differētijs vel stabitur ad aliquas oīno nō includētes
ens qdditatiue qd est ꝓpositum. ¶ Scdo ꝓbat idem
de passionib⁹ entis. passio per se scdo modo pdicat
de subiecto (p° posterioꝝ) igit subiectū ponit in diffi
nitiōe passiōis vt additū in eodē. p° ꝛ 7° metaphy.
q̄re non est de rōne qdditatiua eius per se pmo mō.
¶ Itē pdicatiōes de p se nō ꝯuertunt (p° posterioꝝ)
cū g° pdicet de sbo p se scdo mō: vt dicēdo ens ē vnū
hoc vnū est ens: nō est p se sed q̄si per accidens.

q.2. **Eunde** quero vtrū de⁹ sit nāliter co
gnoscibilis ab intellectu via
toris. Et videt ꝙ non: qꝛ Aristo. 3° de aīa
fantasmata se hñt ad intellectū sicut sen
sibilia ad sensum. igit intellectus nihil intelliget nisi
cuius fantasma pōt per sensuȝ apprehēdere. de⁹ non
habet fantasma igit. ¶ Itē 2° metaphy. sicut oculus
noctue ad lumē solis: ita itellect⁹ noster ad ea q̄ sunt
manifestissima nature: sed ibi est impossibilitas: ergo
oppo. ꝛ hic. ¶ Itē infinita nō cōtingit cognoscere 2° me
taphy. ergo nec infinitū ꝓbatur consequētia: qꝛ eadē
videt impro portio itellect⁹ ad infinitū intēsiue: que
ad ifinitū in multitudine. ¶ Itē grego. sup ezechie
lē quātūcunqꝫ mens nr̄a in cōtemplatione dei ꝓfece
rit nō ad illud qd ipse est sed ad illud qd sub ipso est
attingit. ¶ Cōtra. 6° methaphysi. Metaphisica est
theo⁹ seu sr̄mo de deo. ꝛ in actu metaphysicali seu in
speculatiōe substātiaꝝ separaꝝ ponit Arist. felicitatē
nālē. x°. ethicoꝝ. Rñsio. psupposito ex qōne pcedē p rñsio
ti ꝙ possum⁹ nāliter cōcipere deū in cōceptu cōi vni ne pono
uoco sibi ꝛ creaturis: pono q̄tuor dicta. Primū est q̄tuor
ꝙ deus nō cognoscit nāliter a viatore in particulari dicta
ꝛ ꝓprie: hoc est sub rōne hui⁹ essentie vt hui⁹ ꝛ in se: primuȝ
qꝛ sub rōne talis cognoscibilis est obiectū volūtariū
nō nāle nisi respectu sui intellect⁹ tñ. Et ideo a nul
lo intellectu creato pōt sub rōne huius essentie vt hec
est naturaliter cognosci. ¶ Scdo dico ꝙ nos possu secūduȝ
mus q̄si in q̄dā descriptione deū cognoscere: ꝯcipiē
do oēs pfectiōes simplr ꝛ in sūmo iuxta doctrinam
anselmi monologion. vbi vult ꝙ quicqd est simplr
meli⁹ ipm q̄ nō ipm attribuēdū est deo: sicut quod
cūqꝫ nō tale est ab eo remouēdū. puta attribuēdo ei
pfectissime rōnē formalē sapiētie intellect⁹ ꝛ volun
tatis: seclusis oib⁹ impfectiōib⁹ comitātib⁹ eā in crea
turis. ꝛ sic ad multos ꝯcept⁹ ꝓprios de deo possum⁹
puenire: q nō ꝯueniūt creaturis: vt qꝛ de⁹ est ens ifini
tū bonū infinitū ꝛ sic de alijs. ¶ Tertiū dictuȝ est ꝙ tertium
ꝯcept⁹ pfectior ꝛ simplicior nobis possibilis est cōce
ptus entis infiniti. Iste eni est simplicior q̄ ꝯcept⁹ en
tis boni: entis veri: vel aliquoꝝ siliuȝ: qꝛ infinitas nō
est q̄si attributū vel passio entis siue ei⁹ a q̄ dr: sed di
cit modū itrinsecū illius entitatis. Ita ꝙ cū dico ens
infinitū: nō habeo subiectū cōceptū q̄si per accidens
ex subiecto ꝛ passione: sed cōceptuȝ per se subiecti in
summo gradu perfectionis sicut albedo intensa non
dicit vnū cōceptum per accidēs: sicut albedo visibi
lis. imo intēsio dicit gradū itrinsecū albedinis in se.
ꝛ ita patet simplicitas hui⁹ cōcept⁹ ens infiniti. Per
fectio etiā istius cōceptus ꝓbat: qꝛ iste cōceptus inter
oēs ꝯcept⁹ a nobis ꝯceptibiles plura v̄tualiter inclu
dit. Sicut eni ens virtualr includit vnū ꝛ bonū per
se: ita ens infinitū includit vnū infinitū ꝛ bonū infini
tū. ¶ Quarto dico ꝙ ista que cognoscunt de deo co quartuȝ
gnoscunt per spēs creaturaꝝ: qꝛ siue magis vl̄e siue dictum
minus vl̄e cognoscant p eandē spēm minus vlis si
ue vtrunqꝫ habeat spēm intelligibilē sibi ꝓpriā: sal
tē illud qd pōt imprimere spēȝ minus vniuersalis in
intellectu: pōt etiā causare spēm cuiuscūqꝫ vniuersa
lioris ꝛ ita creature que iprimūt ꝓprias species in in
tellectu. possunt iprimere spēs transcēdētiū: que cōi
ter ꝯueniunt eis ꝛ deo: ꝛ tūc intellectus propria vir
tute pōt vti multis speciebus simul ad cōcipiendum
illa simulquoꝝ sunt iste spēs. puta specie summi: spe
cie boni: spē act⁹ ad cōcipiendū sūmuȝ bonū ꝛ actua
lissimū. quod apparet per locū a minori. imaginati
ua eni pōt vti spēbus diuersoꝝ sensibiliū ad imaginā
dū cōpositum ex illis diuersis. sicut apparet imagi
nando montem aureum. ¶ Contra predicta arguit obiect.
qꝛ sm̄ dyonisiū libro de angelica hierarchia. negatio

tes de deo sunt bo. affirmationes do incōpacte: igit de deo nō habem⁹ aliquē ɔceptū affirmatiuū sed tm̄ negatiuū.

Rn̄sio ℂ Rn̄deo φ dyonisius nō vult negare qn de deo possum⁹ multa pdicata affirmatiua enūciare. Un̄ ait psalmista. Deus iudex iustus fortis ⁊c. sed intēdit φ nō possum⁹ aliquē cōceptum de deo hr̄e sub ppria ratione deitatis. vel intēdit de affirmationibus in quib⁹ de deo asserunt pfectiōes repte in creaturis eo mō quo sunt in ipsis. s. cū imperfectione. puta asserendo deū esse sapientē sapiētia accidtali. talis eni affirmatio nō esset bene cōpacta: cū predicatū vt sic repugnet subiecto: ⁊ sic nō esset ipsoꝝ debita cōpositio

Rn̄sio ad rōes obiect. ℂ Ad arg⁹. Ad primū dico φ illa silitudo dz intelligi quantū ad primā motionē intellect⁹ ab obiecto. Ibi enim fantasma cū intellectu agente hz vicē obiecti primi mouētis: sed nō dz intelligi quātuz ad oēm actum sequentē primā motionē. pōt enim intellect⁹ abstrahere oēm obiectū inclusum in obiecto primo mouēte: ⁊ considerare illud abstractū nō ɔsiderādo illud a quo abstrahit. ⁊ sic ɔsiderare cōe sensibili ⁊ insensibili ⁊ illud attribuere deo vt dictū est. ℂ Ad secūdū dr̄ vno mō φ silitudo dz intelligi de difficili et nō de impoli. Si vo intelligat de impoli: tūc intelligitur de notitia intuitiua. ita φ sicut est impoſe oculo noctue intueri solez: sic impoſe est intellectui nr̄o naturalr̄ ⁊ intuitiue cognoscere deū. ℂ Ad tertium dico φ nō est sile de infinito in multitudine in actu ⁊ de infinito intēsiue in pfectione: qꝛ cognitio obiectorū infinitoꝝ nūaliter ɔcluderet infinitatē po⁹ cognoscētis: vt pz in qōne de infinitate. Nō sic aūt cognitio obiecti infiniti in pfectione: qꝛ actus finitus pōt attingere obm infinitū. Nō enim opz actū habere talem modū realē q̄lem hēt obiectū: nisi esset act⁹ comprehensiuus. Loquor aūt de actu cōprehēsiuo mō gdē. intelligendo cōprehēsionē pro clara visione obiecti sicut beati dn̄r cōprehēsores: sed accipiēdo cōprehēsionē pro cognitione totali obiecti quātū est cognoscibile ⁊ talis actus non pōt esse obiecti infiniti nisi sit infinitus.

Dictum grego. dupl'r intelligit. ℂ Ad gregorium dico φ nō debet intelligi φ contemplator sistat sub deo in aliqua creatura: qꝛ hoc esset frui vtendis: sed qꝛ cōtemplatio de lege cōmuni stat in aliquo conceptu communi qui est minoris intelligibilitatis q̄ de⁹ in se. vt est hec essentia.

q°. 3. Iuxta hoc q̄ro vtrū de⁹ sit p⁹ cognitū a nobis naturalr̄ pro statu isto. ℂ Qd̄ sic. Arguo vnūquodqꝫ sicut se hēt adesse. ita ad cognitionē 2° metha. sed deus est pmū ens. igit primū cognitū. ℂ Itē nihil pfecte cognoscit: nisi deo pfecte cognito. igit nec simplr̄ cognoscit nisi eo simplr̄ cognito. ɔn̄s pz sicut maximū ad maximū. sic simplr̄ ad simplr̄. ⁊ ecōuerso 2° topicoꝝ. ℂ Itē pfectissimus act⁹ po⁹ est circa obiectū simplr̄ primū. pfectissim⁹ aūt actus est circa deū. x. ethicoꝝ igit deus est simplr̄ primum obm cognoscibile. ℂ Cōtra. oīs nr̄a cognitio ortū a sensu p° metaphi. igit deus qui est a sensu remotissim⁹ nō est p° cognitus ab intellectu nr̄o.

Rn̄deo ad q̄sti. per di. ℂ Rn̄deo ⁊ dico φ triplex est ordo intelligibiliū. Unus est fm̄ pōritatē originis vel gnationis. Alius est fm̄ primitatē pfectionis. Tertius vo fm̄ prioritatē adeq̄tōis. Quātū ad primū pmitto duo quoꝝ primū est φ ɔcept⁹ simpliciter simplex est: q nō est resolubilis in pl'es cōceptus: vt ɔcept⁹ entis vel vltime dr̄e. Cōceptū simpl'r cē sed nō simplr̄ simplicem esse voco. quodcūqꝫ pōt ɔcipi ab intellectu actu simplicis intelligētie. lꝫ possit resolui in pl'es actus seorsuz ɔceptibiles. ℂ Scd̄o pmitto φ aliud est ɔfusuz itelligere ⁊ aliud ɔfuse intelligere. Cōfusum eni idē est φ indistinctū ⁊ hoc vl' indistinctione toti⁹ essentie vel in ptes essentiales: vel toti⁹ vlis in ptes subiectiuas. Cōfusum igit intelligit qn̄ intelligit aliqd indistinctū aliq̄ pdictoꝝ modoꝝ. Sed ɔfuse dr̄ aliqd ɔcipi qn̄ cōcipit sicut exprimit p nomē. Distincte qn̄ cōcipit sicut exprimit p diffōnē.

ℂ His pintellectis dico φ p⁹ actualr̄ cognitū ɔfuse p° ɔclo est spēs spālissima cuius singulare efficaci⁹ ⁊ fortius mouet sensuz. siue sit visibile: audibile: vel q̄uis alio sensu pceptibile. Et hoc supposito φ singulare sit in debita pportione approximatuz sensui. Qn̄ eni obm nō est debite approximatū nō mouet ad cognoscēdū se sub pfectissima rōne: sed sub aliq̄ imperfecta. ⁊ tunc intellect⁹ sequens sensum talis obiecti. opz φ sit talis vlis cui⁹ sensus erat sub rōne singularis: vt pz de viso a remotis. qd̄ prius cognoscit sub rōne corpis q̄ aialis. ⁊ prius sub rōne aialis q̄ hois. Sed qn̄ obm est in debita pportione vt possit mouere sensum sub rōne sua ppria: tūc intellect⁹ sequēs sensuz talē hz notitiā talis nature: pus sub rōne specifica ɔfuse q̄ sub rōe gnīs ɔfuse. qd̄ sic pbat. Causa naturalis agit ad effectū suū fm̄ vltimuz sue po⁹ qn̄ nō est ipedita. igit ad effectū pfectissimū quē pōt primo pducere primo agit: sed oia cōcurrētia ad istū primū actū intellectus sunt cause mere naturales: qꝛ pcedūt oēm actū volūtatis nō impedite. vt pz. igit pmo pducūt pfectissimū cōceptū quē possunt. ille aūt nō est nisi cōceptus spēi spālissime. Hoc idē pbat per Auicēnā 1° metaphisice dicētē: φ metaphisica est vltima in ordine doctrine. ergo pn⁹ aliarū sciarū pn̄t cōcipi ⁊ termini illoꝝ ante pn⁹ metaphisice: sꝫ hoc nō esset si opz prius actualr̄ cōcipi cōceptus cōiores q̄ cōceptus specierū spālissimarū. Si vo loq̄mur de cognitiōe actuali di- 2° ɔclo stincta: dico φ prim⁹ cognitū actualr̄ cognitione distincta ē: ⁊ ecōuerso. tale eni est cōissimū. ⁊ que sunt sibi ppinqua sunt priora: ⁊ que remotiora sunt posteriora. Probat: qꝛ sicut dictū est: nihil cōcipit distincte nisi qn̄ cōcipiunt oia que includunt in rōne eius essentiali. ens aūt includit in oibus conceptib⁹ q̄uis inferiorib⁹ ⁊ alia magis vlia in ɔceptib⁹ minus vliuz: ergo nullus ɔcept⁹ inferior distincte cōcipit nisi concepto ente ⁊ alijs magis vlibus. Itē ens nō pōt cōcipi nisi distincte: cū hēat ɔceptū simplr̄ simplicē. simpliciter aūt simplex aut totalr̄ scit aut totalr̄ ignorat cū nō habeat resolui in alios cōceptus. ergo ens pōt cōcipi distincte sine alijs. alia autē nō sine eo. Hoc idē pbat: qꝛ metaphisica que est de ente est prior fm̄ Auicen. vbi prius in ordine distincte cōcipiendi: qꝛ ipsa hz certificare pn⁹ aliarū sciarū lꝫ sit posterior in ordine

ordine doctrine. Hoc modo aristo. in primo phisi/corum dicit magis vlia eē prius nota. ibi intēdēs da re modum deueniēdi in cognitionē distinctā scientie naturalis. pcedendo a magis cōibus ad minus cōia. Hec de ordine gñationis cōparando vnū vle ad ali ud. De singularibus vero dicetur alias. ¶ Quantū vero ad ordinē perfectionis distinguo. qꝛ pfecti° intelligibile a nobis pōt intelligi dupliciter. aut simpli/citer aut scdm pportionē. Exemplū. visio aquile de sole ē simplr pfectioꝛ respectu solis: q̄ visio mea respectu candele. Et tñ visio mea est perfectioꝛ pportionabiliter. hoc est plus habet de rōne visionis scdm pportionē ad visibilitatē candele: q̄ visio aquile habeat respectu visibilitatis solis. Loquendo igitur de ordine pfectionis simpliciter: dico q perfectissimuꝫ cognoscibile a nobis nālr est de°. vnde in hoc po nit phs felicitatē nālem. x° ethicorū. ꝛ post ipm species spūalissima pfectioꝛ in vniuerso: ꝛ deinde species prima illi: ꝛ sic vsq ad vltimā speciē: ꝛ post oēs spūalissimas gen° primuꝫ abstrahibile specie pfectissima ꝛ sic semper resoluēdo. Et ratio oium istoꝝ est: qꝛ attingere actualibus obiectū est intellectio pfectioꝛ simpliciter. qꝛ hꝫ equaleꝫ perfectionem ex parte intellectus cum quacunq intellectione: vel nō minoremꝫ ꝛ habet perfectioneꝫ multo maiorem ex parte obiecti. que duo. s. pfectio potētie. ꝛ pfectio obiecti sunt causa pfectissime itellectiōis. Si vo loquamur de pfectione noticie scdm pportionē ad aliquod cognoscibile. dico q a perfectioribus sensib° sensibilia ꝛ eo efficatius mouentia sunt perfectius cognoscibilia scdm proportionē. quia intellectus noster plus attingit ad illa, secundū gradum cognoscibilitatis eorum: ꝛ que sunt remotiora ab illis sunt min° cognoscibilia scdm pportionē sue cognoscibilitatis. Ista distinctio habet a pho 2° de aialib°. vbi vult q lꝫ de imālib° hēamus minimā cognitionē. qd est intelligēdū pportionabilr. tñ illa est desiderabilioꝛ cognitiōe magna que pōt haberi de mālib° que est et magna fm pportioneꝫ. De veritate. iij. s. adequatiōis dicet seqnti qone. ¶ Ad arg°. ad p^m dico q illa auctas est intelligēda q q̄to res est pfectioꝛ tāto est pfecti° cognoscibilis q̄tum est de se. ¶ Ad 2^m dico q illa ɔña nō valet nisi i causis pcisis. Exēplū. eclypsis est cognoscibilis p itellectū hñtem demōstrationē ꝛ p sensuꝫ. lꝫ aūt nunq̄ pfectissime cognoscat: nisi cognito pn° demōstrationis: nō tñ ex hoc seqt q nunq̄ cognoscit nisi cognito pncipio demrationis. qꝛ ista nō est cā pcisa sue cognitionis cū possit cognosci p aliā cām. s. p sensuꝫ. Ita est in pposito quelꝫ creatura pter cām cognitionis sue: que est eēntia diuina. hꝫ aliam cām cognitiōis illius. vꝫ essentiā ppriā que est nata gignere notitiā sui. Nō seqt igit si nunq̄ pfectissime cognoscat res nisi p essentiā diuinā: q nō possit aliter cognosci. qꝛ potest cognosci in gñe proprio. ¶ Ad tertiuꝫ dico q bñ pbat q deus est perfectissimū cognoscibile q̄tuꝫ est de se.

Perfectū itelligibile a nobis dupr̄ itelligit

p° con.

Ad ar.

Ad p^m

Ad tertium

Ad. iiij.

u Trum deus sit primū obiectum nāle adequatum respectu viatoris. ¶ Et arguit q sic. qꝛ ex qōne preceď. de° est primū. hoc est pfectissimuꝫ: inter oia cognoscibilia. Primū aūt in quocunq gñe est cā essendi talia aliis in illo gñe. sicut primū calidū est cā caloris i aliis. ex ij. meta. igit deus est ratio cognoscēdi oia alia. ꝛ sic est p^m obiectū intellect°. ¶ Preterea vnūqdq sicut se hꝫ ad esse sic se hꝫ ad cognosci. sed nihil est ens p pticipationē nisi ab ente ipartic ipato. igit nec cognoscit nisi cognito pus ente ipartic ipato. ¶ Cōtra de° nō cognoscit nunc a nobis sub ppria rōne huius eētie. sed tantuꝫ in vli (ex qōne de cognoscibilitate dei) igit nō est obiectū adequatū respectu nři intellectus. ¶ In ista qōne est vna opio ponēs qdditatē rei mālis eē pmū obiectū intellect° nři. que si loquat de intellectu vt est talis potētia: est falsa. qꝛ tūc sequeret q itellect° dei hērent quidditatē rei mālis pro obiecto adequato. vel si nō: nō maneret eadē potētia que mō cui° vtrūq est falsuꝫ. Nec valet dicere q eleuat p lumen glie. Nullus eniꝫ habit° eleuās potētiā pōt hēre obiectū qd excedit pmū obiectū potētie. qꝛ tunc ille habit° nō esset illi° potētie: sed vel esset in se potentia: vel faceret potētiā esse aliā ab ista sicut hēt aliud obiectuꝫ pmū. ¶ Dico igit aliter fm Scotū. xiiii. q. qlibet. q obiectū primū nāle pōt capi dupl̄r. Uno mō ad qd potētia nālr inclinat. ꝛ hoc est ens respectu intellectus creati fm suā totā cōmunitatem. put videlꝫ se extēdit ad oē positiuū qd non est nihil. siue sit ens reale siue rōnis: cuꝫ oē tale sit intelligibile. Alio mō accipit obiectū pmū nāle. qd potētia pōt nālr attingere fm ɔcursuꝫ cāruꝫ nāliuꝫ ꝛ hoc est limitatū. Intellect° eniꝫ noster sepatus a corpe vel etiā intellectus angelicus pōt nālr cognoscere oē ens limitatuꝫ non aūt ens illimitatū: vt deū sub ppria rōne deitatis. ꝛ iđ ens fm totā suā cōmunitatē nō est obiectū ab intellectu create nālr attingibile. qꝛ tūc oē ens posset nālr cognosci. cuꝫ oīs potētia hñs aliqd pro obiecto adequato possit in qdlibet ɔtētuꝫ sub illo. vt pꝫ de colore si ponat obiectū visus. obiectū eniꝫ ꝛ potentia debent adequari. Hoc aūt est falsuꝫ. vt pꝫ de deo sub ppria rōne deitatis. Obiectū tñ nālr attingibile ꝛ adequatū intellectui nostro pro statu isto est qdditas rei mālis vel sensibilis. intelligēdo nō solū de sensibili pprie. sed etiā de incluso essentialr vel vtualr in sensibilib° qꝛ pro statu isto non nālr intelligit nisi ea que ptinent sub isto motiuo pmo. cum pro nunc non intelligat nisi mediātib° fantasmatib° seu spēb° rerum sensibiliū. ꝛ hoc pp penā originalis peccati. fm Augu. xv. de trini. Licet aūt deus sit imālis ꝛ insensibilis pōt tñ mediātib° hmōi cognosci. vt dictū est in pcedētibus. ¶ Cōtra pdicta arguit ꝛ pmo q qdditas rei materialis non sit obiectū intellectus pro statu isto. qꝛ nulla potentia pōt cognoscere aliqđ obiectuꝫ sub rōne cōmuniori q̄ sit ratio primi obiecti cū obiectū ꝛ potētia debeāt adequari. sed intellect° cognoscit aliquid sub rōne cōmuniori q̄ sit quidditas mālis. s. sub rōne entis. cuꝫ ens inquātuꝫ ens ponat fm metha igit. ¶ Itē videt q ens vt est cōe ad ens reale ꝛ rōnis nō sit obiectū intellectus ex natura potētie. qꝛ vnius po° est vnuꝫ obiectū sub aliqua vna rōne.

Opinio sci tho°

Rō cō. thomā.

Rō cō. euāsionem.

Opinio Scoti.

Obiec° p° ɔtra dicta.

Scđa

vt p3 de obiecto visus. sed ens nõ dicit aliquã vnam
Tertia rõnem ad ens reale et rõnis. igit. ¶ Item distincte po
tentie hñt distincta obiecta formalia ex 2° de anima.
Intellectus et voluntas sunt distincte potẽtie. igit ha
bent distincta obiecta qð nõ videtur sustineri posse si
ens ponat primũ obiectũ intellectus. sed si veru3 po
nat bene pñt assignari distincta obiecta formalia. s.
verũ quo ad intellectũ et bonũ quo ad voluntatem.
Rñ° ad pmu3. ¶ Ad pmũ dico q quidditas rei mãlis vel sensibi
lis ponit obiectũ intellectus intelligẽdo. non tantu3
de sensibili ppriẽ: sed de incluso essentialr vel vrtuali
ter in sensibilib°. Ens aũt inquãtũ ens qð ponit sðm
metha. includit essentialr in rebus sensibilibus. et iõ
Ad 2m nõ excedit obiectũ intellect° pro statu isto. ¶ Ad 2m
dico q nõ est idem iudiciu3 de intellectu et alijs potẽ
tijs inferiorib°. puta visu vel auditu: q2 ipse intelle
ctus pp sui pfectionẽ ad tot se extẽdit q nullũ obie
ctu3 adequatũ põt hẽre vnius rõnis vt dicit Scotus
2° dis. scðı sniaz. vel posset minor negari. de quo dis.
Ad 3m 29. ¶ Ad 3m dico q veru3 non põt poni obiectum
adequatũ intellectus: cu3 intellectus nõ tantũ intelli
gat verũ sub rõne veri: sed etiã bonu3 sub rõne boni.
Qñ aũt dicit q potẽtie distincte hñt distincta obiecta:
rñdeo q potẽtie distincte tripl'r se hñt adinuicem. q2
aut sunt oino disparate aut subordinate. et tũc vel in
eodẽ genere potentiarũ sicut cognitiua supior et infe
rior: vel in alio genere vt cognitiua et sua appetitiua.
Primo mõ potẽtie distincte hñt obiecta oino distin
cta: q2 nulla earũ ex quo sunt disparate est p se opati
ua circa obiectũ circa qð alia et tales sunt sensus exte
riores: vt visus: auditus. Scðo mõ potentie distincte
hñt obiecta subordinata: ita q potentia superior põt
hẽre per se actum circa obiectũ circa qð põt potentia
inferior ita q obiectũ potẽtie superioris ꝯtinet sub se
obiectu3 potẽtie inferioris. aliogn nõ esset obiectum
illud adequatũ supiori. vnde obiectũ primũ visus s3
suã cõmunitatẽ ꝯtinet vt inferius sub primo obiecto
sensus cõis. Tertio mõ potẽtie sic se hñt q si appeti
tiua adequat cognitiue in opando circa quecũq ob
iecta idem erit pmũ obiectu3 vtriusq: et sub eadẽ rõ
ne formali ex parte obiecti. Si aũt appetitiua habeat
actũ circa aliqua cognoscibilia et circa aliqua nõ: tũc
obiectũ appetitiue erit inferius ad obiectũ cognitiue.
¶ Ad ppositũ intellectus et volũtas cadũt in tertio
mẽbro. et si voluntas ponat hẽre actu3 circa oẽ intel
ligibile: poneret illud esse obiectũ tã intellectus q̃ vo
luntatis. si nõ: tunc ponet obiectũ voluntatis aliquo
modo esse particulare respectu obiecti intellectus.
Sup hac materia se determinat Scotus 2° dist. scðı
Ad ar° princi. sniaz: vbi dicit q voluntas põt diligere oẽ ens. et sic
ens erit eius obiectũ. ¶ Ad arg° pncipalia. Ad pm
dico q Arist. male allegat. l3 enim dicat q illud qð
est causa vniuoca alijs essendi talia sit maxime tale: sicut
ignis cu3 sit causa caloris in elemẽtatis est calidis
simus: nõ tñ dicit q pmũ seu pfectissimũ sit semp cã
respectu impfector. Unde pfectissimũ albũ nõ est cã
visibilitatis oibus visibilib°. aut si causa: non tamen
precisa et adequata. pmũ aũt obiectũ itellectus d3 eẽ
adequatũ potẽtie. ¶ Ad 2m dico q ly sicut in auctẽ
allegata nõ dicit similitudinẽ totalẽ. vñ ex illa hẽtur
q sicut ens imparticipatũ est cã entis participati quo
ad esse: ita quo ad cognosci: nõ tñ totalis vl pcisa.

d **E vestigio** quero. Utrũ in creatu ra sit vestigiu3 trinita tis? q nõ. q2 per vestigiũ põt inuestigari illud Qõ 5°.
cuius est vestigiũ. igit per creaturã posset nãlr inue
stigari trinitas. qð est falsu3. q2 hoc excedit nãle3 rõ
nem. ¶ Item in natura intellectuali est imago trini
tatis: nõ igit vestigiu3. ꝯña p3. q2 illa hñt opposítas
rõnes repñtandi. igit nõ ꝯueniunt eidẽ. ¶ Ite3 na
tura intellectualis q2 nobilior est hẽt aliã rõnẽ repñen
tandi q̃ alie nature inferiores vt rõnẽ imaginis. s3 ci
tra naturã intellectualẽ sunt nature multe hñtes ordi
nẽ in pfectione: sicut aiata supra inaiata et mixta sup
simplicia. igit in eis erit aliqua rõ repñtandi. ita q
ratio vestigij nõ erit cõis oib°. ¶ Cõtra. Aug. 6. de
Rñsio. tri. c. vl. dicit q in creaturis apparet vestigiũ trinita
tis. ¶ Rñ°: q2 fm Arist. trãsferẽtes fm aliquã simi
Dña inter vesti gium et imagie3 litudinẽ trãsferũt. Uidẽdu3 est de rõne vestigij i cor
poralib°: vnde translatũ est nomẽ eius ad ppositu3.
Ubi sciẽdu3 q vestigiũ est similitudo partis aialis ab
ipso impressa in aliquid sibi cedens. vt si pes aialis
imprimat pulueri: illa impressio derelicta dicit eius
vestigiũ: imago vo est similitudo toti°. Sciendũ in
sup q sicut trinitas est quasi qðdã totũ numerale sal
te3 in ꝯceptu intellect° et psona est ibi quasi pars hui°
toti°: ita etiã appropriatũ psone est quasi ps eiusde3.
q2 eius rõ saluat cõplete in vna psona: et p ꝯñs rõ ei°
nõ ponit trinitatẽ s3 ponit ꝯcomitãter vnitatẽ alicui°
psone in qua sit. Licet igit creatura cõiter nec repñen
tet psonã vt psona: nec appropriatũ vt appropriatũ:
q2 nõ sic cognoscit appropriatũ nisi cognoscat pso
na cui appropriat: repñentat tñ appropriabile in quo
saluat quasi rõ partis mõ pdicto respectu trinitatis.
¶ Ad ppositũ dico q in creaturis ꝯsistit vestigium
trinitatis respectu appropriator psonis. vt vnũ verũ
bonũ (que repiunt in oi ente) repñentãt sũmã vnitatẽ
pmi pncipij que appropriat pri qui est pncipium a
quo est origo aliar psonar. et veritatẽ que appropriat
filio qui pcedit p modũ intellect°: et bonitatẽ que ap
propriat spũiscõ qui pcedit p modũ voluntatis. Sic
etiã in oi creatura est modus spẽs et ordo. Modus
qdẽ accipit pro mẽsura vel limitatiõe pducti per q3
repñentat potẽtia illimitata pducẽtis. ꝯditio eni im
pfectior cui°modi est limitatio vel possibilitas nõ in
est enti nisi pfectior cuiusmodi illimitatio vel necessi
tas insit: cu3 impfectũ depẽdeat a pfecto. potẽtia aũt
illimitata et sũma necessitas appropriat pri qui est a
se. Spẽs vo repñentat sũmã pulchritudinẽ que ap
propriat filio q est imago pris sũme sibi conformis.
Ordo vo in opationẽ vel in finẽ repñentat opationẽ
pfectissimã in deo. s. dilectionẽ que appropriat spũi
sctõ: in qua est sũma beatitudo. Est aũt hor corrñdẽ
tia: quia vnitas rñdet mõ qui respicit deũ vt cãm effi
cientẽ. Ueritas spẽi que respicit ipm vt exẽplar: bo
nitas ordini que respicit vt finẽ. ¶ Ad arg°. ad pm Ad ar°
dico

dico ꝙ per vestigiū distincte investigat illud cui⁹ est similitudo.s. pars toti⁹. Nō aūt totū nisi indistincte. Ita ꝙ ꝑ creaturā investigat illud qḋ est appropriabi le ꝑsonis: nō aūt ipsa trinitas ꝑsonaꝝ nisi sicut totum ex parte. ¶ Ad 2^m dico ꝙ natura intellectualis: alia rōne est vestigiū: ⁊ alia rōne imago. Est eniꝫ vestigiū sicut quelibet ēēntia creata inquātū est creata s̄m determinatū exēplar: est aūt imago inquātuꝫ in ipsa est vnitas ēēntie cuꝫ pluralitate potētiaꝝ ⁊ operationū int̄ quas est ordo originis. ¶ Ad 3^m dico ꝙ in natura intellectuali multa ꝯcurrūt ꝓp que est imago trinitatis vt dictū est. talis aūt concursus non est aliqua natura inferiori natura intellectuali. ⁊ ideo omnes alie nature habent precise rationem vestigij.

Nō p°

c

Henricus q̄r libeto.5 q. xiij.

Rn̄° ad argm primū dico q ad hoc q aliquid sit ꝓprie vniuersale opz q dicat realitatē cōtrahibilē ꝛ diuisibilē per aliam realitatez vt pz de ꝓprietate indiuiduali respectu speciei. Non sic in ꝓposito qꝛ ibi soluz est cōtractio cōceptus per cōceptū: ꝛ ideo ī diuinis nō est ꝓprie vl'e. ¶ Ad scōm dico q si maior sit vera de determināti b⁹ que sunt per se in eodē genere cū determinatis vt in diuidua cū natura: tamē de illis que includunt genera diuersa nō opz vt visū est. sicut ab homie albo pōt abstrahi ratio aialis ꝛ ratio colorati: nec ꝓpter hoc erunt in diuinis plures spēs vel quasi spēs. sed essentia habebit rationē speciei. illud aūt determinās nō. sed habebit cōitatem alterius rōnis. vnde poterit habere cōitatem in natura proprij cum abstrahatur a ꝓprietatib⁹ personarū. ¶ Ad tertiuz dico q licet vltia distinctiua nō possint cōuenire in aliq̄ realitate: possunt tn̄ cōuenire in cōceptu cāto a re q̄ pōt cāre conceptū in q̄ cōuenit ꝛ cōceptū in quo distinguit. Si aūt teneas q ab vltis cōstitutis psonaꝝ nō possit abstrahi aliqs ↄcept⁹ dict⁹ de eis in qd: sicut ponit scot⁹ in ꝓ⁹ ope sup sniaꝭ: tūc opz dicere q cōcept⁹ cōis ī q̄ ↄueniūt se hz sicut cōcept⁹ denoiabilis ad dnoiantes qui dicitur de eis sicut genus de differentijs quomodo se habet ens respectu vltimaꝝ differentiarū. ¶ Quantum ad primū sciendū q vt dictū est distinctione. 23. a cōstitutiuis seu distictiuis personarum potest abstrahi aliquis cōceptus cōis vni⁹ rōnis qui ꝛ si nō dicaf de eis in qd df tn̄ de eis sicut cōcept⁹ entis de vltimis differentijs scd̄z sco. in ꝓ⁹ sn̄iaꝝ. Ex q̄ pz q a psonis diuinis pōt abstrahi aliquis cōcept⁹ positiu⁹: cū possit abstrahi ab ipsaꝝ distinctis. Cōfirmaf p Aug. de doctrina xp̄iana: dicētē q res qb⁹ fruēdū ē sūt pr̄ ꝛ fili⁹ ꝛ spūssctūs. Res aūt dicit aliqd positiuuz. sic ꝛ magr̄ in lra dicit q tres psone sūt entes: tres sbsistentes seu supp⁹. In cōceptu itaqꝫ psone in cōi icludif cōcept⁹ negatiu⁹ ꝛ positiuus: vt patet ex hac d. ꝛ d. 23. ꝛ vtriqꝫ possem⁹ exprimē dicendo q tres psone sūt tres res incommunicabiliterr entes. In primo exprimitur conceptus positiu⁹: ꝛ in scd̄o ↄcept⁹ negatiu⁹. ꝛ hoc de primo articulo. ¶ Quātū ad scōm pz expredictis q psona in cōmuni nec sigt sbaz nec relationē. qꝛ tam cōceptus negatiuus quē significat psona q̄ positiu⁹: abstrahit a sba ꝛ relatione sicut ꝛ ratio suppositi cū aliqua supposita sint absoluta vt in creaturis ꝛ aliqua respectiua vt in diuinis si psone diuine ponanf ↄstitui p rl'ones de q̄ dicef distinctiōe sequēti. Ex ↄn̄ti tn̄ dat itelligere sicut supius suū inferius de q̄ df: puta patrē ꝛ filiū ꝛ. s. s. ꝛ. 2°. ipsas relatiōes rōne quaꝝ inest psonis incōicabilitas: ꝛ. 3° eēntiā q̄ est fundamentū hmōi relationū sigt aūt relationez sub mō cōiori q sit rl'o: vt sub rōne entitatis vel modi incōicabilis. ¶ Qd aūt psona nō dicat sbam. pz p boeciū d tri. dicētē q si diuerse psone sūt. sba vo īdiuisa: necesse est vocabulū qd ex psonis originē capit ad sbaz nō ptinē. Qd vo nō dicat rl'onē: pbaf p Aug. 7. de tri. qꝛ pr̄ nō est psona filij nec ecōuerso. Et pōt sic dduci illa rō. ¶ Ad qdcūqꝫ df relatiuū inferi⁹ ad idē df relatiuū supi⁹ lz nō ꝓ°. Exm. si duplū ē duplū dimidij ꝛ hoc ꝓ°: duplū ē multiplex dimidij lz nō ꝓ°. i. adeqte: ꝛ nō solū hoc. lz etiā vsqꝫ ad gn̄alissimū est relatiuū dimidij. lz non ꝓ°. i. adeqte. g° si psona diceret rl'onē: tūc pr̄ sicut ē pr̄ filij ꝓ°: ita eēt psona filij p se lz nō ꝓ° qd ē fl'm. Sz obijcif q psona significet sbaz qꝛ 2m aug. 7. d tri. Ad sc df psona n̄ ad filiū. ¶ Itē scōm eūdē ad qōnē istā q̄ qrit ī diuis. qd tres: r̄ndef psone qd aūt qrit eēntiā. ¶ Ad ꝓm rn̄° q psona tpe Aug. sigbat sbaz: sed istud sigtū mutatū est ꝛ mō accipif pro supposito in nā itellectuali. ¶ Ad scōm dico. q q̄stio qd est: est q̄stio equoca qūqꝫ eni qrit qd ditatē. aliqū vero qrit id de quo df aliud. vt qrendo qd est elementū qrif vel rō elemēti vel illud qd subijcif huic rōni. vt ignis. vel aliqd hmōi. heretici āt qrētes qd tres: nō qrūt de sba vel qddītate. sz qd ē sbstatiuū h⁹ teri numeralis tres. ꝛ ↄuenieter r̄ndef psone.

¶ De proprietatibus personaꝝ: sed prius de hoc nomine hypostasis. Di. xxvj.

Unc de ꝓprietatibus psonaꝝ: q̄s frequēter in hoc tractatu cōmemorauim⁹: aliqd loqui nos opz. Sed primuz audiam⁹ qd de hoc noie hypostasis hiero. dicit. Ait enim sub hoc noie venenū latere: sz hoc dicit fz q heretici eo vtebāf vt simplices seducerēt. s. p psona ꝛ p essentia: vt siue diceref vna tm̄ hypostasis: siue tres: min⁹ pitos ad incōueniens deducerēt: cū nō erat hoc nomē ita apud catholicos vulgatū: nec ita eius significatio determinata: vt mō. Et iō hiero. dicit hoc noie nō vtēdū fore sine distictiōe vl' expositiōe: tūc s. qn̄ cū hereticis ↄtēdebaf: ita scribēs de fide catholica ad damasū papā. Ab arrianoꝝ p̄su le hypostasiō nouellū nomē a me hoie romano exigif. Interrogamus qd tres hypostase arbitrenf itelligi? Tres personas subsistentes aiūt. Rn̄dem⁹ nos ita credere: nō sufficit eis Hiero.

sensus. Ipm nomē assiagitāt: q2 nescio qd ve neni in syllab latet. Clamam'. Si qs tres hypostases .i. tres subsistētes psonas nō confitet anathema sit. Si qs aūt hypostasim vsiā itelligēs: nō trib' psonis vnā hypostasim idicit: alien' a xpo est: q.s. tres hypostases dicēs sub noie pietatis tres naturas conat assereē. Sufficiat nobis dicere vnā sbam et tres psonas pfectas eq̄les. taceamus tres hypostases si placet. Nomē hoc nō bone suspitiōis ē: cū i eodē v̄bo sensus dissētiūt. Aut si rectū putatis: tres hypostases cū iterp̄tatiōib' suis d̄bere nos dicere nō negam'. sz mihi credite: venenū sub melle latet. Trāsfigurat.n. se angel' sathane i āgelū lucis. Hiis v̄bis nō negat vtēdū eē noie hypostasis: sz hereticos eo praue vsos oñdit: ꝯ quos cautela op'erat in distictiōe figtionis. aliogn sibi ꝯdīcet q.s. tres hypostases ꝯfitet.

¶ De proprietatibus personarum et de nominibus earum relatiuis.

Jam de ꝓprietatibus psonaꝝ videam': q̄ etiā notiōes siue relatiōes in scriptura plerūqz dn̄r in illa scīā trinitate: q̄ iō a nobis repetit: vt cordi nostro tenaci' infigat. Ait Aug. in lib. de fide ad Petrum: aliud est genuisse q̄3 natum esse: aliudqz est procedere q̄3 genuisse vel natum esse. Unde manifestū est q alī' est pater: alius fili': alius spūsscūs. Et est ꝓpriū solius patris: nō quia non est natus ipse: sed quia vnū filiū genuerit: ꝓpriūqz solius filij: nō quia ipse non genuit: sed q2 de patris essentia natus est. Proprium vero spiritussancti: nō quia nec natus est ipse nec genuit: sed q2 solus de patre filioqz pcedit. Ecce breuiter assignauit tres ꝓprietates trium psonarum: quarum vna nō est alia. Hoc enim significauit cum dixit. Aliud est genuisse q̄3 natum esse aliudqz pcedere .i. alia proprietas siue notio est generatio: et alia natiuitas: alia pcessio: que alijs nominibus dicuntur paternitas: filiatio. Has ꝓprietates designant nomina personaꝝ .s. pater: filius: et spūsscūs: q̄ relatiua sunt: et ad se inuicē dicunt: q2 notant relatiōes q̄ nō sunt deo accidētales: sed in ipsis personis ab eterno sunt imutabilr: vt nō mō appellationes relatiue: sed etiam relatiōes siue notiones in rebus ipsis .s. in personis sint.

¶ Qd non oia que de deo dicunt ꝑm substātiam dicuntur: quedam enim ꝑm relationem dicuntur: nihil tamen ꝑm accidens.

Quocirca sciendū est nō oē qd dr de deo dr dici ꝑm sbam quia quedā dicunt ꝑm relationē q nō est accidens: q2 nō est mutabilis. Unde Augu. in .v. li. de trini. ait. Nihil in deo ꝑm accidēs dicit q2 nihil ei accidit. Nec tñ oē qd dr: ꝑm sbam de deo dr. In rebus creatis atqz mutabilibus qd nō ꝑm sbam dr: restat vt ꝑm accidens dicat. In deo aūt nihil qdem ꝑm accidēs dr: q2 nihil in eo mutabile ē aut amissibile. Nec tñ oē qd dr ꝑm sbam dr. Dr.n. ad aliqd sicut pater ad filiū: et fili' ad patrē. qd nō est accidēs: q2 et ille semp est pr: et ille semp est filius: et ita semp q2 semp nat' est filius: nec cepit vnq̄3 eē filius. Qd si aliqñ esse cepisset: aut aliqñ desineret esse filius. ꝑm accidēs diceret. Et q2 pater nō dr pr nisi ex eo q est ei fili': et fili' nō dr filius nisi ex eo q h3 prem: non ꝑm sbam hec dicunt: sed ad inuicē ista dicunt: neqz tñ ꝑ3 accidens: q2 et q dr pater: et q dr fili': et eternū atqz incōmutabile est eis. Ecce apte his verbis ostendit quedā dici de deo ꝑm sbam: qdā ꝑm relationē: nihil tñ ꝑm accidēs. Ostendit etiā ꝓprietas patris esse q h3 filiū: et ꝓprietas filij q h3 patrē. Ideoqz cū dixit eternū et incōmutabile esse q pater dr: et q filius dicit: ita itelligi voluit .i. ꝓprietas qua pater est pr: et ꝓprietas qua filius est filius: eterna est et incōmutabilis: q2 et pr semp pr: et filius sp fili'. Uñ et hylari' proprietates psonaꝝ assignans in .xij. li. de tri. ait. Si semp pri ꝓprium est q semp est pr: necesse est semp filio ꝓprium esse vt semp est filius. Ubi enim semp pr est: semper et filius est: ergo q nō semp pr est: nō semper genuit. Item in eodem. Nato deo: manifestum est proprium esse q filius est.

¶ Quare dicatur esse propriū vnigeniti q est filius dei: cum etiam homines sint filij dei.

Hic querit quō dicat propriū nato deo q est dei filius vel genit' ex deo: cū etiā hoies filij dei dicant et sint: ꝯ3 illud. Filij excelsi oēs. Et ad Moysen de populo israel dn̄s ait. Filius meus primogenit' israel. Sed magna ē distātia. Hoies eni filij dei sūt factura .ñ natiuitatis ꝓpetate. De' aūt fili' origis ꝓpetate fili': et v̄itate natiuitatis: nō factura vel adoptiōe: et illi qdē añ sūt q̄3 filij dei sūt. Fiūt eni filij: nō nascunt filij dei. Uñ Hylari' solū

Augu. — Quid sit ꝓpriū patris. — Quid sit propriū filij — Quid sit ꝓpriū spūs sancti. — Hic de noib' relatiuis q notāt ipsas relationes.

Augu. — Hylarius ꝓprietates patris et filij determinat. — Hylarius ancte ꝯfirmat solutionem.

deū.natū originis ꝓprietate dei filiū ostndēs inter ipm ⁊ hoies filios dei euidētissime distinguit in xv.li de tri.ita dicens. Vero deo pri q ex deo nascitur vere filius est ⁊ nos quidem filij dei sumus:sed per facturaz. Fuimus eni aliqn filij irracūdie: sȝ filij dei per adoptiōez effecti sumus potius q̄ȝ nascimur: ⁊ qꝛ omne qd fit anq̄ȝ fiat nō fuit. Nos cū filij nō fuisse/mus:efficimur. Añ enim filij nō eramꝰ:sed p grām facti sumꝰ:non nati neqȝ generati sȝ acq̄siti. Acq̄siuit.n.nos deꝰ sibi:⁊ p h̄ dr nos genuisse. Genuisse eniȝ deū filios:nūq̄ȝ cū proprietatis significatiōe cogñscimꝰ dici. Ex adoptiōe eni hō factꝰ est filiꝰ dei:nō ex generatiōe neqȝ ei ꝓprietas ē:sȝ nūcupatio:ac p id nō vere filius est:qꝛ nec ꝓprie natꝰ dicif: nec sp fuit filius. Unigenitus aūt deꝰ nec fuit aliquando nō filiꝰ: nec fuit aliqd añq̄ȝ filius:nec quicq̄ȝ ipse nisi filꝰ. Atqȝ ita qui semp est filius:nascibilitatis proprietate ac veritate filius eius est solius qui genuit:⁊ ille tm̄ qui genuit prī ipsiꝰ qꝛ sicut ille filꝰ origine: ita ille prī generatiōe.

Aperta distinctio inter dei filium ⁊ hominis filios qꝛ ille natꝰ hic vero facti filij.

¶ Q, homo dicif filius trinitatis:⁊ trinitas potest dici pater hominum.

Homo vero q filius dei ē factura:nō tm̄ patris: sed ⁊ filij ⁊ spūsci filius est.i.totius trinitatis: ⁊ trinitas ipsa pater eꝰ dici pōt. Un̄ Aug.in.v.lib.de trinitate dicit. Nō pōt dici trinitas pater nisi forte trāslatiue ad creaturaȝ propter adoptionē filioȝ. Quod eniȝ scriptū est. Audi ysrael:dn̄s deus tuꝰ deus vnus est. Nō vtiqȝ excepto filio aut spiritusancto opȝ intelligi quē vnuȝ dominū deum nostrū recte dicimus etiam patrem nostrum per grāȝ suā nos regenerantē. De hoc etiaȝ Hylarius in sexto libro de trinitate ait. Omnibus per fidē deus pater est:quibus est prī per eam fidē. Jesuȝ xp̄ȝ dei filiū ꝯfitemur. Ecce ostñsuȝ est q̄re ꝓpriū dicaf eē dei nati q filiꝰ est:qꝛ.s.ipe solꝰ natꝰ ꝓprie dicif. Un̄ Hylarꝰ in li.iij.de tri.ait. Dn̄s dicēs clarifica filiū tuū:nō solo noie cōtestatꝰ ē se eē filiū: sed ⁊ ꝓprietate. Nos filij dei sumꝰ: sed non talis hic filius. Hic eniȝ verus ⁊ ꝓprius est filius origine:nō adoptione: veritate nō nuncupatione:natiuitate non creatione.

Augu.

Hyla.

¶ Q, spiritussanctus proprie dicitur donuȝ dei quia proprietate est donum vt filius natiuitate.⁊ vtroqȝ modo dicitur relatiue ⁊ b̄m eandem relationem.

Ita etiam de spiritusancto dicendū est q proprie dr donum dei:cum tn̄ ⁊ alia plura sunt dona dei. Sed spiritussanctus ita proprietate imutabili ⁊ eterna donuȝ est:sicut filius proprietate est filius. Eo enim dr donū quo spūsctūs:⁊ vtroqȝ vtiqȝ noie relatiue dr. Eadēqȝ relatione dr spūsctūs:⁊ donū:lȝ ipa relatio nō appeat in hoc noie spūsctūs: sicut in hoc noie donū. Un̄ Aug.in.v.li.de tri.ait. Spūssūs q nō est trinitas:sȝ in trinitate itelligif:in eo q ꝓprie dr spiritussctūs relatiue dr: cum ⁊ ad prēm ⁊ ad filium refertur:quia spiritussanctus ⁊ patris ⁊ filij spiritꝰ est. Sed ipsa relatio nō apparet in hoc noie. Apparet autem cum dr donum dei. Donū est eniȝ patris ⁊ filij:qꝛ ⁊ a patre procedit ⁊ a filio:ergo spiritussanctus ineffabilis quedā patris filijqȝ cōmunio est. Et fortasse sic appellaf vt iam diximus:nec iterare piget: qꝛ patri ⁊ filio pōt eadem appellatio cōuenire. Nam hoc ipse proprie dr:quod ille cōiter. Quia etiam pater spiritus:⁊ filius spūs:⁊ pater sanctꝰ:⁊ filius sanctus. Ut ergo ex nomine quod vtriqȝ ꝯuenit vtriusqȝ cōmunio significef:vocatur donum amborū spiritussanctꝰ. Ecce habes quare spiritussctūs proprie dicaf donuȝ. Et q relatiue dr:siue donum:siue spiritussanctus. Et q nomen sibi proprium tenet:quod cōiter patri ⁊ filio cōuenit:sed diuisim. Et est sciendum:qꝛ cuȝ pater ⁊ filius dr spiritus siue sanctus:neutrum relatiue dicitur:sed b̄m substantiam.

Augu.

Quid sit spūssanctus

¶ An pater vel filius vel trinitas ipsa:possit dici spiritussanctus.

Hic queri potest vtrum pater vel filius: vel etiā ipsa trinitas possit dici spiritussanctus:sicut disiunctim dr ⁊ spiritus ⁊ sanctus. De hoc Augu.in.v.lib.de tri.sic ait. Trinitas nullo modo potest dici filius: spiritus vero sanctus potest quidem vniuersaliter dici b̄m id quod scriptuȝ est:qm̄ deus spiritus est. Jtaqȝ prī ⁊ filius ⁊ spūssanctus:quoniam vnus deus est:⁊ vtiqȝ deus sanctus est: potest appellari trinitas ⁊ spūssanctus:sed tn̄ tunc spiritussanctus relatiue non dicef sed b̄ȝ essentiam:quia proprie spiritussanctus: q nō est trinitas sed in trinitate:dicitur relatiue.

Augu.

¶ Quidam putant spiritumsanctū non dici relatiue ad patrem ⁊ filium:quia nō vicissim

respondent sibi vocabula sed falso.

Quidā tñ putant spūmsctūm vel do nuz nō dici relatiue ad prēm vel ad filiuz. Si eni inqunt hec relatiue ad se dicūtur: suis inuicē sibi rñdēt vocabulis: vt sicut dr pr filij prī: z filiꝰ pris filius: ita dicat pr spiritus sancti vel doni prī: z spūsfctūs vel donuz pris spūs vel donū. Sz nō ita est in oibꝰ relatiuis. Nō enim oia q̄ relatiue dicunt: suis a seinuicem rñdent vocabulis. Vñ Aug. hoꝝ elidēs opinionē i.v.li. de tri. Nō te moueat ingt qm̄ diximꝰ spūmsctūm nō ipsam trinitatē: sed eū q est in trinitate relatiue dici: lz non ei rñdeat vicissim vocabulū eiꝰ ad quē refert. Dicimus eni spūmsctūz pris sz nō vicissim dicimꝰ prēm spūsscti: ne filius eiꝰ intelligat spūsfctūs. Itez dicimꝰ spūmsctūm filij: sz nō dicimꝰ filiū spūsscti: ne pr eiꝰ itelligat spūsfctūs. In multis.n. relatiuis hoc ptingit: vt nō iueniat vocabulū quo sibi vicissim rñdeāt. Cuz ergo dicimꝰ donum patris z filij: non qdē possumꝰ dicere patrē doni aut filium doni. Sed vt hec vicissiz rñdeāt: dicimꝰ donū donatoris z donatorem doni: q: hic potuit iueniri vsitatū vocabulū: illic nō potuit. Donū ergo donatoris: z donator doni cū dicimꝰ: relatiue vtrūqz adinuicez dicimꝰ: donator tñ nō fuit deus nisi ex tpe: cū spūssanctus sit donum etiam ab eterno.

Augu.

Di. 26.

Circa distinctione 26. Querit. vtrū psone diuine pstituant in esse psonali p relatiōes origis. Et arḡ q nō. q: si relationes origis pstituunt psonas: eadez rōne relationes cōes pstituerent eas. z ita eadem psona pstitueret duplici formali pstitutiuo. Coñꝰ probatur. q: relationes cōes equalē distinctionē requirunt in extremis sicut relatiōes origis z eodē modo stant cū vnitate essentie. ergo equalr distingunt. Itē relationes aliqd referut: nō aūt essentia diuina cū nō distinguat realr in psonis: nec ipsa rlo. q: scdm Aug. 7. de tri. oē relatiuum est aliqd excepta rlone. ergo tñ suppositūz refert. ergo non pstituit rlone. Probat ista pña. q: pstitutū non est prius suis pstitutiuis. Illud aūt qd refert est prius ipsa relatione. Itē pnm originās est prius originato. sed relatiuū nō est prius suo correlatiuo. ergo nō est ei pnm originās si igit pater pstituatur in esse psonali p relationē: nō erit pnm originatiuū filij. Item nullū cōicabile potest dare eē incōicabile cuiusmodi est eē suppositale. paternitas autem est de cōicabilibus: ergo nō potest dare esse incōicabile. Minor probatur. q: oīs qdditas est de se cōicabilis. paternitas aūt quedam qdditas. Preterea. Impossibile est q aliq̄ diuersoꝝ generū faciant vnū nisi p accidēs. sed relatio z essentia sunt diuersoꝝ generum: ergo psona erit vnū p accidens. Itē suppositum sbe create pstituit p absolutuz: ergo z supposita diuina. pbatur pña. q: qcqd pfectionis attribuit substantie create: est deo attribuendū. Itē pater p generationē actiuā seu paternitatē qd est idem: producit filiuz: ergo p ipsam nō pstituitur in esse. pbat pña. q: agere presupponit esse. Ad hoc est auctoritas Aug. 7. de trinitate. Dis res ad se subsistit: q̄ tomagis deus. ergo supposita diuina sunt absoluta z non respectiua. Contra Boecius. de trinitate. Essentia ptinet vnitatē: relatio multiplicat trinitatē. In ista questiōe est opinio prepositiui q psone seipsis distingunt: z ita non est querere quo formalr distingātur vel quo pstituunt. q: non habēt pstitutiuum. Qd sic probat. q: psona diuina est eque simplex sicut essentia. sed essentia pptcr sui simplicitatē seipsa distinguitur a quocunqz: ergo z psona. Sed ptra. q: psone diuine sunt eiusdē essentie ergo nō seipsis distinguntur probatur pña. q: se totis distincta in nullo cōueniunt. Item in prefatiōe de trinitate dr. In psonis proprietas. nō autem psona in seipsa hoc modo sicut intelligit proprietas esse in persona. igitur psona aliquo modo pōt dici distingui proprietate formaliter quāo non distinguit seipsa primuz. Ad argumētū in oppositū dico q verū est q psona est eque simplex sicut essentia. psona tñ includit aliqua quorum vnū nō est formaliter alterū. z sic vno potest distingui z nō altero. Alia est opinio adherens argumentis in principio factis: que ponit q psone diuine constituunt p absoluta. pro qua allegat Rich. de sancto victore ponens dici scdm sbam dupliciter accipi. s. sbam vel pro natura cōi vel supposito. Qd autem dicit sbam scdm naturam cōem ita dr ad se q nullo modo pōt dici scdm rlonem. suppositū aūt natum est plurificari z ad aliud cōparari. Et qd sic dr scdm substantiam nihil impedit rōne rlonis supaddite dici scdm rlonem. Scdm hoc igit poneret q psone diuine distinguerent p aliquas realitates incōicabiliter absolutas. nō tñ ista pstituētia eēnt absoluta pmo mō sed scdo mō. q: si nō essent formalr relationes: pstituta tñ essent p ipsas referibilia. Ista opio z si posset aliqualr sustineri: nō tñ coiter tenet. Sed tenet cōiter a doctoribꝰ q psone diuine cōstituunt in esse psonali p relatiōes originis. Ad qd ē auctitas xpi in euange. noiantis psonas noibus relatiuis. baptizantes ingt eos. In noie pris z fi. z s.s. Et Jo. i canonica. Tres sūt q testimoniū dant in celo. pr verbum z spūsfctūs. Et gñaliter vbicūqz scriptura canonica loqt de psonis diuinis: exprimit eas noibꝰ relatiuis. Ubi sciendū q relatiua z sūt sil nā z vnū ab alio realr distiguit. Est aūt hec simultas correlatiuoꝝ nō posse eē sine inuicē sine ꝯ dictiōe. Nā vna relatio nō posset esse sine tertio. q: si eēt sine correlatiuo eēt ens ad se pari rōne. nec rlo alia sibi correspōdēs erit sine tertio. igit relatiōes qñ sunt mutue nō pnt eē sine inuicē sine ꝯdictiōe sic. Ecōtra priꝰ nā pt eē sine ꝯdictiōe sine posteriore. 5. meta. c. de pori. hoc mō psone diuie z. sil nā. q: icludit ꝯdictionē vnā eē sine alia: z distingunt realiter

Opio prepositiui

Opinio Richar

cōis doctorum opiñ.

realiter ab inuicē. q: nihil pducit se scōm Aug. primo de tri. c. j. qualr aūt ex hoc nō seqꝫ distictio eēntie in qua subsistūt: declarat. q: idē illimitatū pōt esse fundamentū oppositarū relationū. Relatio aūt transit in eēntiā pidētitatē ꝛ remanet formalr: q: relatio nō est formalr eēntia. Unñ Aug. 7. de tri. c. 2. si essentia est ad aliud: iam nō est eēntia. Et pōt argui silr econuerso. si relatio formalr est entitas ad se. igit nō est relatio. Cū igit rlō nō sit idē formalr cū essentia: sufficit ad distinctionē psonaꝝ sine distinctiōe eēntie. Est itaqꝫ vna eēntia i trib⁹ psonis: ita ꝙ nō hꝫ aliquā subsistentiā sibi adequataꝫ. q: tūc nō posset eē in alia. sꝫ sibi adequant tres subsistētie. In istis tñ trib⁹ est ordo in habēdo nām. q: ex se est in pria psona. ꝛ deinde cōicat alijs. ¶ Ad arg⁹. Ad pᵐ dico ꝙ rlōes originis ↄstituūt psonas. q: ille prio pullulāt i eēntia dina q: p⁹. i eēntia dina est duplex fecūditas in gnrū est ibi itellcs ifinit⁹ ꝛ volūtas ifinita ꝛ mediāib⁹ istis stati pullulāt rlōnes origis. q: nā diuina cōicat scōm istā duplicē fecunditatē. Quib⁹iam pintellectis pullulant cōes relatiōes psuppōnētes istas. ¶ Ad scōm qñ dꝫ ꝙ illud qȝ refert est prius relatiōe. dico ꝙ illud non est vez de illo qȝ ↄstituit p rlōnem. ¶ Ad tertiū dico ꝙ originās est prius originato priozitate origis q̄ stat cū simultate nature q̄ est inter correlatiua: sicut ꝛ pozitas nature stat cū simultate tpis vel durationis. ¶ Ad quartū dico ꝙ paternitas in diuis est de se incōicabilis. ꝛ cū dr ꝙ ois qdditas est cōicabilis. dico ꝙ vez est si sit pfectio simplr: vt in deo vel q̄ sit diuisibilis vt in creaturis. paternitas aūt diuine nec est pfectio simplr nec idiuisibil. ¶ Ad 5ᵐ dico ꝙ p se vnū dr qȝ includit in se qdditatē vnius gnis. vnū vero p accñs qȝ est aggregatū ex reb⁹ diuersoꝝ generū. In diuinis aūt nihil est vnū p se nec p accñs cū nō sit ibi genus nec aliqd deo accidat: sed ex rlōne ꝛ eēntia sit vnū p identitatē: de qua vnitate nō habuit Aristo: notitiā. ¶ Ad sextū dico ꝙ suppositū vel psona i creaturis vltra singularitatē nō dicit nisi negationē. vt videbit prima di. 5. psona aūt diuina ↄstituit p rlōem q̄ est ens positiuūꝫ. ꝛ sic ↄstituit pfectiori ↄstitutiuo. ¶ Et si arguas ꝙ relatio ē minime entitatis. ꝛ sic minime pfectiōis. Rñdeo ꝙ lꝫ relatio i creaturis sit minime entitatis: nō tñ in deo cū sit idē cū essentia diuia ¶ Ad septimū dico ꝙ agere psupponit eē principij gñandi seu memorie fecūde. nō tñ semp psupponit eē suppositi agentis. Cū eni suppositū sua actiōe ↄstituit in esse: nō est prius ipsa actiōe. q: ergo pr̄ gñatione actiua seu paternitate ↄstituit in eē. eo eni est pr̄ q̄ gñat. vt declaratū fuit di. 7. isolutiōe primi argumētī. sit est ꝛ gñat. Est eni gñatio actiua subsistēs quare nō est prius ipsa gñatione actiua. lꝫ sit prius gñatiōe passiua. hoc aūt nō ↄtingit in creaturis ꝙ suppositūꝫ ↄstituat in eē p suā actionē: ꝛ iō ipsam pcedit. ¶ Et si arguas. pr̄ ꝛ fili⁹ sunt sil. q: sūt correlatiua. sed pr̄ est pri⁹ gñatiōe passiua. igit ꝛ fili⁹. pbat ↄña. qñ aliq̄ sunt sil q̄cūqꝫ vnū est pri⁹ ꝛ reliquū. Dico ꝙ illa ppō nō est vera nisi sit simultas ꝛ priozitas eiusdē rōnis. qȝ nō est in pposito. q: pr̄ ꝛ fili⁹ sūt sil nā: pr̄ autē est prius gñatione passiua priozitate origis nō nāe. Qȝ aūt gñatio actiua ꝛ paternitas sint eadē relatio ex nā rei. dictū est di. 5. Et pꝫ p Augu. v. de tri. Oē qȝ est in diuinis. aut dr scōm sbām aut ad alteruꝫ. ꝛ qȝ 2ᵐ sbām dr cōe est. Orgo igit q̄cunqꝫ siue dicat actio siue passio est formalr relatio. Differunt tñ rōne p cōparationē ad gñationē in creaturis q̄ est seminis decisio: ꝛ paternitatē q̄ est habere correlatiuū coexñs. Nō sic in deo vbi nō ē dispō precula. sed cōpleta gñō ꝛ pmanēs. Ad aucto. Augu. dico ꝙ subsistere vno mō sumit pro p se esse. vt distinguit ↄ inherere: ꝛ sic vnū est subsistē in diuis. ꝛ hoc mō logt Aug. alio⁹ sumit p incōicabilr eē. ꝛ sic sūt tres psone sbsistētes.

¶ An easdē pprietates assignēt Augustinus ꝛ hylarius: ꝛ an iste sint que dicunt paternitas ꝛ filiatio ꝛ processio. Di. xxvij.

Rñsio ad ar. (left margin)

replica. (left margin)

b Ic qri pōt. vtꝝ pꝓetates q̄s hylari⁹ sup assignauit. s. ꝙ pr̄ sp ē pr̄ ꝛ fili⁹ sp ē fili⁹: sint ille eedē pprietates q̄s Aug supi⁹ distixit dicēs ppriū eē pris ꝙ genuit filiū: ꝛ ppriū filij ꝙ genit⁹ ē a pr̄e: ꝛ spūssci ꝙ ab vtroqꝫ pcedit: ac deide: vtꝝ ꝛ iste sint ille q̄ dñr paternitas: filiatio: pcessio? Uidet ꝙ nō sint eedē pprietates q̄s ponit hylari⁹: ꝛ ille q̄s ponit Aug. Si eni eedē sūt idez ē ergo pr̄ eē prem: ꝛ genuisse filiū: qȝ vtiqꝫ qdā ↄcedūt. Si aūt hoc est: cui ergo ↄuenit vt sit pr̄: ei ↄuenit genuisse filiū. Natura ergo diuia si pr̄ est genuit filiū. Si vero nō genuit: pater non est. Sed qs audeat dicere: aut ꝙ ipsa genuit filium: aut ꝙ ipsa pater non sit. Si autem ipsa pater est: nec filiuꝫ genuit. non est ergo idem dicere aliquid esse patrem. ꝛ gignere filium. Et ita non videt vna eademqꝫ esse pprietas.

Qȝ nō videtur eedē pꝓetates q̄s pōit Hyla. ꝛ Augu. (right margin)

¶ Rñsio vbi ostendit easdez esse pprietates.

Ad qȝ sine preiudicio alioꝝ dicimus: ꝙ easdē pprietates notauit vterqꝫ: lꝫ diuersis verbis. Quod eni Hylarius ait ita intelligi dꝫ. Propriū patris est ꝙ sp pr̄ est. i. pꝓpetas patris est q̄ sp pr̄ est. Semp vero pr̄ est: q: semp genuit filiū. Ita ꝛ ppriuꝫ filij est ꝙ sp fili⁹ est. i. pprietas filij ē q̄ sp fili⁹ est. Fili⁹ vero semp est: q: sp genit⁹ est. Ergo pprietas qua pr̄ pr̄ est: est q: semp genuit. Et hec eadez dr paternitas vel gñatio. Et pprietas q̄ filius sp est fili⁹: q: semp genit⁹ est a patre: ꝛ hec eadez dr filiatio vel genitura. vel natiuitas: vel origo: vel nascibilitas. Sic ꝛ pprietas qua spūsscūs est spūsscūs vel donū: est q: pcedit ab vtroqꝫ ꝛ hec eadem dr pcessio. In premissis ergo locutionibus eedez significate sunt pprietates.

Quō sint itelligenda predca verba. Hyla. (right margin)

❡ Quod nō est oino idem dicere esse patrē ꝛ genuisse vel habere filium: ita ꝛ de alijs.

Hec nomia pat ꝛ fili⁹ ꝛ spiritus scūs nō tm̄ relation es. sꝫ ēt hypostases sigt.

Nec tñ videt nobis omnino esse idem dicere aliqd eē prēz ꝛ genuisse filiū: vel aliqd eē filiū: ꝛ hēre patrē: vel eē spiritūsanctū ꝛ pcedere ab vtroqꝫ. aliogn pater nō eēt nomē hypostasis.i. persone: sed proprietatis tm̄: silr filius ꝛ spiritussctūs. Et ita nō p tria noia significarent tres psone: Ideoqꝫ dicimus: qꝛ patris nomē nō tm̄ relatiōez notat sed etiam hypostasiz.i. subsistētiam significat ita ꝛ filius ꝛ spūssctūs. Relationū vero vocabula.s. paternitas: filiatio: pcessio vel gignere: vel gigni: pcedere ipsas tm̄ relatiōes non hypostases significant: siue habere filiū: ꝛ habere patrez. vt verbi gratia. Cum dicim⁹ de⁹ est pater: nomine patris ꝛ relatione notamus ꝛ diuinā hypostasim significam⁹. vt sit intelligētia talis. Deus vel diuina eēntia est pater .i. ille q genuit.i. hypostasis que habet filiuz. Silr de⁹ est filius.i. hypostasis genita vel habens patrez. Ita etiaz deus est spūssctūs. idest hypostasis procedens ab vtroqꝫ: siue ille qui pcedit. Cuz vero noia relationuz ponimus i pdicatis: notiones ipsas tm̄ significamus: nō hypostases. vt cum dicim⁹. deus genuit.i. hz filium: ꝛ deus genitus est: idest habet patrem Et tūc opꝫ itelligi i subiectis hypostases tm̄: nō eēntiaz q̄ illis pprietatib⁹ determinantur.

Relationum do vocabula sunt paternitas. filiatio. pcessio. nec psonas signt.

Quid itelligat cuz dr, de⁹ ē pat ꝛ de⁹ est fili⁹: ꝛ de⁹ ē spiritussanctus.

Quid itelligat cū dr de⁹ genuit ꝛ de⁹ genitus est.

❡ Qꝫ proprietates determinant hypostases. non substantiam. idest naturaz.

Ille enim pprietates singule singulis pprie conueniunt personis: ꝛ per eas persone determinant ꝛ a se inuicez differunt sed a se nō secedunt. Vñ Joannes Damascenus. Nō differunt ab inuicez hypostases ŝm substantiam: sed ŝm characteristica idiomata idest determiatiuas pprietates. Characteristica vero.i. determinatiua sunt hypostaseon ꝛ nō nature: eteniz hypostases determinant. Item esse quidem intemporaliter ꝛ eternalr dicimus diuinā verbi hypostasim simplicem omnia habentez que habet pater: vt eius homousion.i. cōsubstātialem: natiuitatis modo ꝛ habitudine a paternali hypostasi differentem: nunq̄ꝫ vero a paternali hypostasi secedētez. Idez apertius exprimens personales proprietates in eodem ait. Differentiaz. hypostaseon.i. psonaꝝ: in trib⁹ pprietatib⁹.i. paternali ꝛ filiali ꝛ processibili recognoscimus. Insecessibiles autem ipsas hypostases ꝛ indistabiles iuicem: ꝛ vnitas qdem incōfusibilr. Tres enim sunt ꝛ si vnite. diuisas aūt indistāter. Et eniz singula pfecta est hypostasis. ꝛ ppriam pprietatem.s. existentie modum pprium possidet: sed vnite sunt substantia: ꝛ nō distant neqꝫ secedūt a paternali hypostasi. Ecce hic habes distinctas tres illas proprietates: que supra diuersis significate sunt modis.

Jo. Damascenus.

Hic distinguitur pprietates aperte.

❡ Qꝫ sunt alia noia personaꝝ easdez pprietates notantia.s. genit⁹: genitor: verbuz: imago.

Hic nō est pretermittendū qꝫ sicut pater ꝛ filius ꝛ spūssanctus nomina personaruz sunt: ꝛ pprietates personales designāt: ita etiaz sunt ꝛ alia nomina personaruz.i. que ipsas personas signt ꝛ earuz pprietates denotant: ꝛ easdē quas ꝛ noia predicta. Vñ ꝛ relatiue dicuntur.s. genitos genit⁹. verbū imago. Vñ Augu. in.v. lib. de de trini ait. Videnduz est inquit hoc significari cum dicitur genit⁹: quod significatur cum dicit filius. Ideo eniz filius: qꝛ genitus: ꝛ qꝛ filius vtiqꝫ genitus. Sicut autem filius ad patrem: sic genitus ad genitorem refertur: ꝛ sicut pater ad filiuz: ita genitor ad genitum. Idem in sexto libro de trinitate. Verbum quidez solus filius accipitur non simul pater ꝛ filius tanq̄ꝫ ambo sint vnū verbum. Sic enim verbum dicitur quō imago. nō autem pater ꝛ filius simul ambo imago: sꝫ fili⁹ solus est imago patris: queadmodū ꝛ filius. Idem. in. vij. li de tri. Verbuz ŝm qꝫ sapientia est ꝛ essentia. hoc est qđ pater: ŝm qꝫ verbum: nō hoc est qđ pater: qꝛ verbum non est pater: ꝛ verbum relatiue dicit: sicut filius. Item in eodē. Sicut filius ad patrem refert: ita ꝛ verbum ad eum cuius est verbū refert: cum dicit verbuz. Et pptérea nō eo verbum quo sapientia dicit: qꝛ verbum nō ad se dicit. sed tm̄ relatiue dicit ad eum cuius est verbuz sicut filius ad prēm. Eo quippe est filius quo verbum: ꝛ eo est verbuz quo filius. Sapiētia vero quo eēntia: ꝛ ideo qꝛ pater ꝛ filius sunt vna essentia ꝛ vna sapiētia. Itez in eodē. Nō est pater ipe verbuz: sicut nec fili⁹ nec imago. Quid autē absurdius q̄ꝫ imaginē ad se dici? Idez in.v. Dicit relatiue filius. relatiue etiaz dicit verbum ꝛ imago: ꝛ in omnib⁹ his vocabulis ad prēz refert. Nihil aūt hoꝝ pr̄ dicit.

Augu.

De noie vbi ꝛ imagis.

Cō nō eo vbū dr quo sapiētia

Quo dicitur vbū ꝛ q̄ filius.

❡ Breuiter

¶ Breuiter sūmā colligit itelligētie p̄dcōꝝ.

Apte ostensum est q̄ sicut fili⁹ vel genit⁹ relatiue dr̄ ad patrez: ita verbum ꝛ imago. Et q̄ eo dicitur verbuz siue imago quo filius.i.eadem ꝓprietate siue notione dicit̄ verbuz ꝛ imago qua fili⁹: sȝ nō eo quo verbum dicit̄ sapiētia vel essentia. q: nō notione qua dicit̄ verbū dicit̄ sapientia. Naz sapientia dicitur ſm essentiam non ſm relationem.

¶ Generalis regula eoꝝ que ad se: ꝛ eorum que relatiue dicuntur: quicqd eniȝ ad se simul̄ ambo dicunt̄: sed non ita in p̄dictis relatiuis.

Et est hic aduertenda quedam generalis regula eoruȝ que ad se: ꝛ eorum que re latiue dicunt̄ de patre ꝛ filio. Quicquid eniȝ ad se dicunt̄. vt ait Aug. in vj.li.de tri.non dicitur alter sine altero.i. quicquid dicūtur qd̄ substātia eoꝝ ostendat: ambo simul dicūtur. Ergo nec pater est de⁹ sine filio: nec filiu⁹ sine patre. sȝ ambo simul deus. sed nō ambo simul pr̄: nō ambo simul filius: vl̄ verbū vl̄ imago.

Augu.

¶ An ſȝ ſbam dicatur deus de deo ꝛ hm̄oi.

Hic querttur cum dicit̄: deus de deo: lumen de lumine: ꝛ huiusmodi: vtruȝ dicant̄ ſm ſbaȝ. Nā ſm r̄ōnē ꝯstat ista nō dici. Si vō ſm ſbaȝ dicunt̄ sil̄ ābo.s.pr ꝛ fili⁹ possunt dici deus de deo: lumen de lumine ſm p̄dictam regulam. Ad quod dicimus. q: licet deus secūdū substantiaȝ dicatur ꝛ lumen. ꝛ sapientia: ꝛ huiusmodi: ꝛ nunq̄ȝ relatiue accipiantur: aliquādo tamen ꝓ relatiuis.i.ꝓ personis: sed nō relatiue accipiunt̄. vt cum dicit̄ deus genuit deum: alteꝝ ꝓ patre: alteꝝ ꝓ filio ponimus: similiter cum dicit̄. deus de deo lumen de lumine. In alijs quoq̄ȝ locutiōibus sepe reperiunt̄ noīa essentie ad significatiōez personaruȝ deducta. vt cum dicitur: deus natus: deus mortuus deus passus: vbi filius tm̄ significat̄. Ita ꝛ de solo filio intelligit̄ cuȝ dicitur deus de deo ꝛ huiusmodi. Unde Aug. q̄rens quō hm̄oi dicantur in vij.li.de tri.ait. Quō de⁹ de deo: lumē de luīe dr̄? Nō eni simul̄ ambo deus de deo: sȝ solus filius de deo.s.pr̄e Nec ambo simul lumel de lumine: sed solus filius de lumine patre.

Rn̄sio.
vbi noīa ſbe dn̄r aliqn̄ ponī ꝓ p̄sonis.

Augu.

¶ Q: tantum ſm nomē substātie dicitur illō de illo: non ſm nomina personarum.

Et est sciendum q̄ secundū noīa substantie tm̄ dicitur illud de illo: licet ibi illa noīa ſbaȝ nō significēt. Scōm vō eadeȝ noīa personaꝝ: nunq̄ȝ dr̄ illud de illo: sicut verbū de verbo vel filius de filio: q: hm̄oi nomia diuersis p̄sonis cōuenire non pn̄t. Qd̄ Aug. lȝ obscure: in eodeȝ li. ita dicit. Hoc soluȝ de eis dici nō pōt. illud de illo quod simul ambo nō sunt.i.illo solo nomine non possumus vti ad ostēdendum vnum de vno: quod simul ambobus nō cōuenit. Sicut verbum de verbo dici non pōt: quia non simul ambo verbum: nec imago de imagine nec filius de filio: q: non simul ambo filius vel imago. Et sicut nomina substantie aliqn̄ intelligentiam personaruȝ distincte faciunt: ita etiaȝ interduȝ totius trinitatis simul. Unde Augu. in eodem libro ait. In patris noīe ipse pater per se pronunciatur. In dei vero nomine ꝛ ipse pater ꝛ filius ꝛ spiritussanctus. vt cum dicitur. Nemo bonus nisi solus deus q: trinitas est vnus deus.

Augu.
Qd̄ nomia ſbe aliqn̄ tri nitatis intelligentiā signt.
Augu.

c Irca distinctionē. 27. Queritur an verbuȝ in diuinis sit ꝓpriū p̄sone genite? Qd̄ nō Aug. ix. de tri. verbū est cuȝ amore noticia. hec antē oīa sunt eēntialia. ergo ꝛ verbū. ¶ Itē filiatio est ꝓprietas ꝯstitutiua p̄sone genite scōm Aug. de fide ad petrū. nō g⁹ verbū ꝓbat̄ ꝯn̄a. q: vni⁹ cōstituti ē vnū formale cōstitutiuū ¶ Opp^m Aug. 7. de tri. Eo vbuȝ quo fili⁹ ꝛ vtrūq̄ relatiue dicit̄. ¶ In ista q̄ōne aliqua p̄mittaȝ de verbo nr̄o deinde ad q̄ōneȝ rn̄debo. ¶ Quantū ad p̄^m sciendū q̄ lȝ quelȝ noticia actualis posset dici verbū intellectuale cui⁹ vox q̄ dr̄ verbū sensibile est signuȝ. ꝓprie tn̄ verbū dicit̄ cognitio diffinitiua ab intellectu ꝓducta. Vn̄ Aug. xv. de trini. formata cogitatio ab ea re quā scim⁹ dr̄ verbū. Et. ix. de trini. Diffinio tēperantiā. ꝛ hoc est verbū eius. Dicit̄ etiā verbū respectū ad intellectū ꝓducentē qui respect⁹ formaliter designat̄ per hoc q̄ est vba⁹ fingendo.s.abstractuȝ. Est enim verbatio expressio passiua de intellectu. Idem nāq̄ signt cōcretū ꝛ abstractuȝ. lȝ alio mō signdi. ꝛ sic verbū sigt illā expressionē seu distinctionē passiuā de intellectu cōnotādo noticiā actualē cui⁹ ē talis expressio. sic filius ꝛ filiatio eādē r̄ōnē iportant. sed filius cōnotat naturā viuentē in qua est talis relatio. filiatio eniȝ soli est viuētib⁹. vn̄ nō oē naliter ꝓductū dicit̄ filius. lȝ fili⁹ dicat̄ qui ꝓducit̄ vt similis in natura. sed cū hoc req̄ritur q̄ sit in natura viuente. ꝛ hoc magis ꝓprie in nā intellectiua q̄ȝ sensitiua. ¶ Quantū ad scōm dico q̄ verbū in diuinis nō est essentiale. q: nō ꝯuenit trib⁹ p̄sonis. verbū enim sigt exp̄ssionē a dicēte. cū g⁹ exp̄mi seu ꝓduci intellectualr̄ ꝯueniat in diuis soli p̄sone genite: erit sibi ꝓpriū. Ipsa siquidem persona genita que constituitur ex essentia diuina ꝛ huiusmodi ꝓprietate dicitur verbū ꝛ fili⁹ verbū ingq̄tuȝ ꝓcedit per modū intellect⁹. fili⁹ in q̄tuȝ ꝓce

Di. 27
Noticia actualis est.

dit p modū intellect⁹. ⁊ sic d3 intelligi qḋ dicit Aug. vj. de tri. Verbū est ars oipotētis dei plena oium rō/nū viuentiū. Respect⁹ eni artis ad creaturas. vt ad artificiū est cōis tribus cū sit eadē ratio creatiua triū psonaꝝ. appropriat tñ filio pptez ꝯuenientiā cū pduc/tione sua opatio eni p modū artis ad intellectū ptī/net: sic etiā verbū p appropriationē dr̄ potentia opati/ua patris iuxta illud. io. j. Oia p ip̄3 fctā sūt. ¶ Ad

Rñsio. argumēta. Ad pmū cū dr̄ q᷑ verbū est cum amore notitia. dico q᷑ Aug. loqtur de vero in nobis qḋ gi/gnitur p impiū voluntatis q̄ l3 nō ꝯcurrat ad primas apprehensionē intellect⁹. facta tñ pria apprehēsiōe ⁊ hita notitia cōfusa de obiecto impat intellectui vt in grat ei⁹ diffōnē qdditatiuā. Nō sic in deo vbi est vni/cus actus intelligēdi precedēs actū volūtatis ac vni/cus act⁹ dicēdi. ¶ Ad scđm dico q᷑ eandē relationē signant filius ⁊ verbū. l3 alia ꝯnotent vt dictum est.

¶ Qḋ nō tantū tres p̄dicte ppꝛietates sūt in psonis: sed etiā que alijs significantur nomi/nibus vt ingenitus. Di.xxviij.

Preterea considerari op3 q᷑ nō tñ tres p̄dicte ppꝛietates siue notiones in psonis sunt: veꝝ etiā alie que alijs notant noib⁹. Nā etiā hoc nomē ingenit⁹ relatiue dr̄ de pr̄e tñ ⁊ aliā designat notionē q̄3 pr̄ vel genitoꝛ. Non est eni idē esse patrem ⁊ esse ingenitum. i. nō ea notione pater dicitur qua ingenitus. Pater eni vt p̄dictū ē dr̄ ꝺm ppꝛietatem generatiōis. Ingenit⁹ aūt ꝺm ppꝛietatem inascibilitatis. Differt ergo pr̄ a filio auctori/tate generationis. differt etiā ppꝛietate inasci-

Augu. bilitatis. i. q᷑ ingenitus. Vñ Aug. distinguens inter propꝛietatem qua pater dr̄: ⁊ illam qua

De ige/nito est plana as/sigñtio. s q᷑ rl̃tiue dr̄ ⁊ alia ē notio q̄ dr̄ ige/nit⁹ alia q̄ pater

dr̄ ingenitus in. v. li. de tri. sic ait. Nō est hoc dicere ingenitū quod est patrem dicere q᷑ ⁊ si filium nō genuisset: nihil phiberet dicere eū ingenitum. Et si gignat qsq3 filiū: nō ex eo ip/se est ingenitus: q᷑ geniti hoies gignūt alios. Nō ergo ideo dr̄ pater: q᷑ ingenitus. Ideoq3 cum de deo patre vtrunq3 dicat alia notio est qua itelligit genitoꝛ: alia qua igenitus. Genitoꝛ enim dicitur ad genitū idest filium. Cum vo igenitus dicitur: nō quid sit: sed qd nō sit ostendit. Hoc exemplis planū faciendū est.

Exēpl̄ vnl̄ ad h⁹ osten/dendū.

Qḋ dicit ingenitus: hoc ostendit q᷑ nō sit fi/lius: sed genit⁹ ⁊ ingenit⁹ cōmode dicuntur: fi/lius aūt latine dr̄. Sed vt dicatur infilius: nō admittit loquēdi ꝯsuetudo: nihil tñ itellectui demit: si dicat nō fili⁹: quēadmodū etiā si di/cat nō genitus: pro eo quod dicitur igenitus nihil aliud dr̄. Ideo non est in rebus considerandū: qd vel sinat vel nō sinat dictiosus ser/monis nostri: sed quis rerū ipsaꝝ intellectus eluceat. Nō ergo iam tātum dicamus ingenitum: sed etiam nōgenitum: qḋ tñ valet. Nū/quid ergo aliud dicimus q̄3 nō filiū? Negatiua poꝛro particula nō id efficit: vt qḋ sine illa relatiue dicitur: eadē3 ꝑposita substantialiter dicatur: sed id tñ negatur quod sine illa aie/batur sicut in alijs predicamētis: cū dicimus homo est substantiam designamus. Qui er/go dicit nō homo est: nō aliud genus predicamenti enunciat: sed tñ illud negat. Sicut er/go ꝺm substantia3 aio: homo est: sic ꝺm sbam nego cū dico: nō homo est. At si tñ valet qḋ dicit genitus: quātum valet qḋ dicitur filius. Tantundē ergo valet quod dicit nō genitus: quantū valet qḋ dr̄ non filius. Relatiue autē negamus dicendo nōgenitus. Ingenit⁹ poꝛ/ro quid est nisi nōgenitus. Nō ergo recedit a relatiuo predicamento cū ingenitus dicitur. Sicut enim genitus non ad se dicit: sed q᷑ ex genitoꝛe sit. ita cum dicit ingenitus: non ad se dicitur: sed q᷑ ex genitoꝛe non sit ostenditur. Vtrunq3 tamē relatiue dicit. Quod autem re/latiue pronunciatur: nō indicat substantiam. Quamuis ergo diuersum sit genitus ⁊ inge/nitus: tamē non indicat diuersam substantiā: quia sicut filius ad patre3: ⁊ nō filius ad non patrem refertur: ita genitus ad genitoꝛem: ⁊ nōgenitus ad nongenitoꝛem referat: necesse est. Ecce euidenter ostendit q᷑ ingenitus relatiue dicitur: ⁊ de solo patre accipitur. Aliaq3 notio est qua dicitur igenitus: alia qua pater. Atq3 tñ valet cum dicitur ingenitus quan/tum nōgenitus vel nonfilius.

Qḋ tātū v3 nō ge/nit⁹ q̄ ingēit⁹ ⁊ tantūdē nō filius

Nota q᷑ oē ingenitū ē ingenitū l3 ñ cōu/ersio.

¶ An sicut solus pater dicit igenitus. dici debeat nōgenitus vel nōfilius.

Ideo solet queri vtru3 sicut solus pater dicit ingenit⁹: ita ipse solus debeat dici nōgenitus: vel non fili/us: vt nec etiam spiritussanctus possit dici nō filius vel nōgenitus? Quibusdam videtur q᷑ pater solus debeat dici nongenitus vel nō fi/lius. Spiritus vo sanctus sicut nō dicit ingenitus ita inquiunt non est dicēdus nōgenit⁹ vl̄ nō filius. Debet qdē dici ⁊ credi spūsctūs nō esse genitus vel nō esse filius: sed nō debet dici esse nongenitus vel nonfilius. Alijs autē videtur: q᷑ cum spūsctūs non possit dici in/genitus

Opinio qrundā

Alioꝝ opinio.

genitus:potest tñ dici nõgenitus vl' nõfilius. Qđ autem Augustinus supra ait:tantũ valere cum dicitur ingenitus quãtũ cum dicitur nõgenitus vel nonfilius:ethymologiam nominis ostendendo eum hoc dixisse dicũt: nõ ratione predicationis.

¶ Que sit ppͥetas ſm quã dr̃ pater igenit⁹.

Si autẽ vis scire que sit pprietas ſm quam dicitur pater ingenit⁹: audi.Hylarium ipsam vocantem inascibilitatem in.iiij.lib de trinitate ita aientẽ.Est vnus ab vno.s.ab ingenito genit⁹: pprietate videlicet in vnoquoq₃ ꝛ originis ꝛ inascibilitatis. Significata ergo in scripturis personaruꝫ intelligentia ꝛ distinctio inascibilitatis natiuitatisq₃ sensu solitarius deus nõ est opinandus. Discretio ergo vel distinctio personarum in scripturis posita est: in nullo autem nature distinctio. Hyla.

¶ Ariani nitebantur probare alterius substantie patrem:alterius filium:quia ille ingenitus:iste genitus:quibus respondens Ambrosius dixit se hoc nomen in scripturis non legisse diuinis.

Illud etiã taceri non oportet.ꝙ arriani ex eo probare nitebanť alterius substãtie esse patrẽ:alterius filiuꝫ:q2 ille ingenitus:ꝛ iste genitus dicit:cum diuersuꝫ sit esse ingenitum ꝛ esse genitũ.Unde Ambro. eorum questiõi respõdens: dicit se in diuinis scripturis hoc nomẽ.s.igenitus nõ legisse:ita ingens in.iiij.libro de spiritusctõ. Cuꝫ dudũ audierint qdam dicentibus nobis filium dei qui generatus est patri qui generauit inequalem esse nõ posse:q̃uis ille generat⁹ sit iste generauit:quia generatio est nature : aduersus quidem illam questionem vocem sibi arbitrãtur acclusaꝫ:sed in tergiuersatione damnabili in eodem loco vestigiũ vertũt:vt putẽt mutationẽ fieri qñis mutatiõe sermõis dicẽtes. Quõ pñt eẽ ingenit⁹ ꝛ genit⁹ vni⁹ nature atq₃ sbe.Ergo vt respondeaꝫ mihi proposite questioni:pͥo oium in diuinis scripturis ingenitus nusq̃ꝫ iuenio:nõ legi:nõ audiui. Cui⁹ ergo mutabilitatis sũt hoies hmõi:vt nos dicãt ea vsurpare que nõ sũt scripta:cũ ea que sunt scripta dicam⁹:ꝛ ipsi obijciãt qđ scriptũ non sit.Nõne ipsi sibi aduersantur : ꝛ auctoritateꝫ calũnie sue derogant?Attende lector qñi hoc Amb.

noĩe ingenitus nolebat vti ambrosius pp̄ter hereticos.Ita ꝛ nos subticere quedã oportet pp̄ter calũniantiũ insidias:que catholicis ac pijs lectoribus secure credi pñt . Sũt etenim quedam que nõ tante sũt religiõis ꝛ auctoritatis:vt eis non oporteat semp cõfitẽdo ac recipiẽdo iseruire:verũ silentio aliqñ pteriri queunt:nec illius tñ sunt puersitatis: qn cum opportunum fuerit:eis vti lib₃ habeamus.

¶ An diuersum sit esse patrem ꝛ esse filium.

Preterea queri solet cũ supra dictũ sit:q2 aliud est dicere ingenitũ:aliud patreꝫ.Et ꝙ diuersum sit genitus ꝛ ingenitus:vtrũ siſr diuersum sit esse patreꝫ ꝛ esse filium:an ideꝫ?Ad quod dicimus quia ex eodem sensu quo dicitur diuersum genit⁹ ꝛ ingenit⁹:ꝛ quo dicit nõ esse idem dicere genitum ꝛ ingenitũ:potest dici nõ esse ideꝫ:sed diuersum esse patrẽ ꝛ esse filiũ:vel esse spũm sanctũ:q2 nõ ea notiõe pater est pater qua filius est filius:vel qua spũsſcũs est spũsſanct⁹. Ideoq₃ ex hoc sensu procedimus:ꝙ aliud est esse patrẽ:ꝛ aliud est esse filiũ:q2 alia notio est qua pr est pater:alia qua filius est fili⁹. Sed si transponas:vt dicas:aliud est patrẽ eẽ: aliud filiũ esse:variať intelligẽtia:ꝛ ideo nõ ꝯcedit. Est enim sensus talis:ac si dicať:aliud est quo pater non quidẽ pater:sed est aliud quo filius est:non qdeꝫ filius:sed est:qđ penitus falsum est.Eo enim pater est quo pater deus est. i.p essentiam vel naturã.Ac filius eo deus est quo pater est deus.Eo ergo filius est quo pater est.Et ita idem est patrem esse ꝛ filium esse:sed non est iddem esse patrem ꝛ esse filiuꝫ. Unde Augu.in.v.libro.de trinitate ait. Quãuis diuersum sit esse patrem ꝛ esse filiuꝫ: non est tamen diuersa substãtia:q2 nõ hoc ſm substantiam dicit: sed ſ₃ relatiuũ:quod tñ relatiuum non est accidens:q2 nõ est mutabile.Ecce diuersum esse dicit esse patrem ꝛ esse filiuꝫ qđ iuxta rõneꝫ predictam accipi op₃.q2.s.alia notio est qua est pater:alia qua est filius.Non enim ſm essentiam pater dicitur pater:vel filius filius:sed ſm relationem. Rñsio vbi dicit eẽ diuſũ eẽ pꝛeꝫ ꝛ esse filium:ſ₃ nõ pꝛeꝫ eẽ ꝛ filium esse Augu.

¶ Quomodo dicatur sapiẽtia genita vel nata:an ſm relationem an ſm substantiam.

Sciendũ quoq₃ est:ꝙ sicut solus fili⁹ dr̃ verbũ vl' imago:ita etiã ipse solus dicitur sapiẽtia nata vel genita.Et

ud priusnō imediatius ꝯsequitur aliqd ꝙ ordo eius ad scdm qn tale ꝯstituitur in esse p ordinem eius ad scdm. Constitutiuū eni formale alicuius entis positiui pcedit i eo negationē alicui' entis sibi repugnātis. ¶ Ad argumenta principalia. Ad primū dico ꝙ pcedit de ingenito primo mō sumpto ⁊ sic nō est ppꝛietas pris sed scdo mō vt dictū est. ¶ Ad scdm dico ꝙ nō opz ꝙ ois ppꝛietas psonalis dicat relationē positiue: sed sufficit ꝙ positiue vel negatiue. Si eni relatio sit psonalis ⁊ ppꝛia alicui psone: negatio relatiōis est etiā ppꝛia alij psone ⁊ ita nō cōis trib'. ⁊ sic ingenitum dicit relationem negatiue. vt pz p Augu. 5. de tri. ¶ Ad tertiū dico ꝙ ambrosius dicit magister noluit vti illo noie igenitū qꝛ nō erat tpe suo vsitatū ⁊ poterat simplicibus esse occasio erroris qꝛ nō ita manifeste ipoꝛtat relationē sicut genitū. ⁊ ideo ppter hereticos malignātes tutū erat tūc illo nō vti. Ad quartū pōt dici vno mō ꝙ ingenitū nō dicit priuationē: sz dicit tm negationē in gnē ppꝛie dictā que ponit sbm nō ponēdo aptitudinē in sbo. sicut dictū est de incōicabilitate di. 23. Alio modo pōt dici ponēdo ꝙ dicat priuationē: qꝛ lz priuatio que dicit carentiā eius qd ge nat' est habere scdm se dicat imperfectionē nō tm priuatio dicens carentiā eius qd ge nat' est hr̄e scdm genus vel quasi genus puta scdm aliqd cōius. vt incoꝛruptibilitas in deo dicit carentiā coꝛruptiōis q lz repugnet deo scdm se: nō tm repugnat rationi entis in cōi sic ingenitū dicit carentiā gnationis passiue que nata est cōpetere nō tm enti sed supposito quod est cōmune patri ⁊ filio.

Secundo. Quero vtrum tātū sint qnqz nocōes. ¶ Et ꝙ sint tātū tres. p Dam. libro pꝛio. Oia sunt vnū in diuinis preter ingenerationem gnationē ⁊ pcessionem. ¶ In oppm. arguitur p locū ab auctē qꝛ cōiter tm̄ ponunt qnqz. ¶ In ista questiōe sciendū ꝙ notio dr illud qd est ratio cognoscēdi distinctionē psonarum: ⁊ videtur quandā dignitatē psonarum impoꝛtare. Ponūtur aūt cōiter qnqz. s. paternitas ⁊ inascibilitas in patre: filiatio in filio. spiratio actiua in patre ⁊ filio: ⁊ spiratio passiua in spūsctō. Istarum aūt sunt tm̄ q̄ttuoꝛ rōnes positiue. Innascibilitas eni nō est relatio nisi negatiue ⁊ p reductionē sicut negatio reducitur ad idem gen' cū affirmatiōe sibi opposita. vt dr velle Aug. 5. de tri. Tres autē tm̄ sunt ppꝛietates psonales. s. paternitas: filiatio: ⁊ spiratio passiua: que. s. ꝯstituūt psonas. Spiratio aūt actiua nō est ppꝛie psonalis ppꝛietas tum qꝛ psonā nō ꝯstituit: tum qꝛ est cōis duabus psonis. s. patri ⁊ filio. ¶ Ex pdictis pz ꝙ notionale est in plus ꝙ psonale. Ab aliqbus aūt ponitur sexta notio. s. inspirabilitas. Et qꝛ sancti cōiter nō ponūt nisi qnqz dicūt ꝙ locus ab auctē nō tenet negatiue. Unde dicunt ꝙ sicut inascibilitas ponitur in patre: sic inspirabilitas pōt poni notio in patre ⁊ filio: qꝛ vterqz est inspiratus. Hec tm̄ opio cōiter nō tenetur. In patre enim nō opz ponere inspirabilitatē pro notione: cū includat inascibilitate que negat simplr esse ab alio. ¶ Et si dicas ꝙ saltē opz ponere illā in filio q est inspirat' sicut pr est ingenit'. Dico ꝙ hoc nō valet qꝛ lz filius nō sit pductus p spirationē: nō tm̄ est simplr iproductus sicut pater q dr esse a se qꝛ a nullo est pductus. Unde qua rōne poneretur inspiratū notio in filio: eadē rōne opz ponere ingenitū esse notionē in spiritusctō eo mō quo sibi cōpetit. qꝛ nō est pductus p gnationē sicut nec filius p spirationē. Sup hac mā seqtur Sco. in repoꝛtationib' viā cōem. ¶ Ad auctem Dam. dico ꝙ p ingenerationē intelligit inascibilitatē. p gnationē aūt intelligit gnationē actiuā ⁊ passiuam. ⁊ p pcessionem intelligit spirationem actiuam ⁊ passiuam.

¶ De principio quod relatiue dr: ⁊ multiplicem notat relationem. Di. xxix.

Est preterea aliud nomē multiplicē notans relationē. s. principiū. Dr enim principiū semp ad aliqd: ⁊ dr pater principiū: ⁊ filius principiū: ⁊ spūsctūs principiū: sed differenter. Nam pater dr principiū ⁊ ad filium ⁊ ad spiritūmsctūm. Unde Aug. in. iiij. li. de trini. (Augu.) ait. Pater est principium toti' diuinitatis vel si melius dr deitatis: qꝛ ipse est a nullo. Nō eni hz de quo sit vel de quo procedat: sed ab eo ⁊ filius est genit': ⁊ spiritussctūs procedit. Nō ergo dr principiū totius deitatis: ꝙ vel sui vl' diuine essentie principiū sit: sed qꝛ principium ⁊ filij ⁊ spūsscti: in qbus singulis tota diuinitas est. (Quō pr principiū toti' diuinitatis dicitur.) Filius ad spūitumsancū dr principiū. Spiritus vero sanctus nō dr principium nisi ad creaturas: ad quas pr etiam dr pn̄m ⁊ fili' ⁊ trinitas ipsa sil': ⁊ singula psonarum pn̄m dr creaturarum. (Quō filius: ⁊ ad qd dica tur pn̄m ⁊ spūss. ⁊ trinitas) Pater ergo principiū est sine principio. Filius principiū de principio. Spiritussanctus principiū de vtroqz. i. de patre ⁊ filio. ¶ Qd ab eterno pater est principiū ⁊ filius sed spūssctūs non: imo cepit esse principium.

¶ Notandũ insup q pria filia supbie est inanis glia. supbus nãq3 appetit inordinate ppriã excellẽtiã puta volendo se efferre sup alios seu pesse ad alioz despsionẽ. Inanis gliosus aũt vult ipsius excellẽtie manifestationẽ. vñ appetitus excellẽtie mouet ad inanẽ gliam z sic orit ex supbia. vñ q̃uis ambitio pprie sit appetit^9 inordinat^9 honoris z inanis glia appetit^9 laudis vtrũq3 tñ noie ianis glie põt designari. scdm eni ambro. glia est clara cũ laude noticia: seu frequẽs cũ laude fama. Ex hoc aũt qs laudat vl ei honor seu reuerentia exhibet reddit clarus in noticia alioz: ita q ei^9 bonitas deuenit in alioz noticiã z approbationẽ. Noie etiã ambitionis aliũ intelligit z supbia z ianis glia. vñ Aug. sup ioh. Ambi^9 hũane laudis appetit de se estimare qd nõ hz. z sup alios se efferre. primũ ptinet ad inanẽ gliam. scdm vero a supbiã. Honor eni aut glia seu fama põt appeti sine pctõ imo meritorie in q̃tũ est vtilis ad honorẽ dei. vt. s. de^9 ab hoib^9 glificet q vult gliam suã pp nos. vel ad hoc q hoies pficiant ex bono qd in alio cognoscũt. verbũq3 diuinum p ipm seminatũ nõ ptẽnant. seu ad hoc q hõ ex bonis q̃ i se cognoscit p testioniũ laudis aliene. studeat in eis pseuerare z ad meliora pficere. z sm hoc curam dz hõ hẽe de bono noie iuxta sniam sapiẽtis. lucereq3 in virtuosis opib^9 corã hoib^9. nõ vt ianiter delectet tumescat aut eleuet. ¶ Alteri^9 notãdũ q ianis gloria pt charitati 9riari z dilectiõi dei dupl'r. Uno^9 rõne mãe de q̃ qs gliat. puta cũ gliat de aliq̃ qd 9riatur diuine reuerẽtie. seu bonũ tpale de q̃ gliatur deo pferendo. Alio mõ ex pte ipsius gliantis q intẽtionẽ suã refert ad gliam tanq̃ ad vltimũ finẽ: ad ipsaz ordinãdo virtutis opa ad q̃ tenet. z p qua 9sequẽda nõ pter mittat facere etiã ea q̃ sũt 9 deũ. z sic ẽ pctm mortale scdm tho. i 2^a 2^e. Si aũt amor hũane glie q̃uis sit inanis: nõ tñ repugnet charitati neq3 q̃tum ad id de q̃ est glia. neq3 q̃tũ ad intẽtionẽ gliam q̃rẽtis: nõ est pctm mortale sz vẽiale. Vñ ianis glia figtur p puluerẽ de q̃ dr Math. x. aplis. excutite puluerẽ de pedib^9 vestris. qd exponẽs Grego. ait. Predicatio vix sine aliq̃ puluez admixtiõe trãsit. nã pdicans aut ad indignationẽ trahit si 9tẽnitur. aut ad quãtulãcunq3 gliam si ab auditorib^9 honorat. sed apli nõ cadebãt a pfectione pp hmõi inanẽ gloriã. Igit inanis gloria est aliqñ veniale pctm z nõ mortale. ¶ Notãdũ inanem gloriã esse piculosaz: qz p ipsaz reddit hõ psumptuosus z nimis de se 9fidens. z sic disponit ad hoc q hõ priuet interiorib^9 bonis. ¶ Deide sciẽdũ q ex supbia mediãte inani glia pria eius filia nascunt septẽ alie filie. Inaniter eni glians appetit laudẽ pp excellentiã apparentẽ. hoc aũt fit aut pp apparentẽ excellentiã potẽtie pbitatis aut sapie. si pp apparentẽ excellentiã potẽtie vel dignitatis gñat ex se duo vicia. s. inobediẽtiã p quã nõ vult subiacere supiori ne videatur pdere minoris. ad quã seqtur rebellio q̃ correctõni repugnat. z iactãtia q̃ se ostẽtat pdãtis maioris verbis z factis. ¶ Proprie tñ ostẽtatio est in facto. z iactantia in verbo. ppter aũt apparẽtẽ excellentiã pbitatis gñat ex se ypocrisim: q̃ simulatiõe sctitatis appetit videri pbus z bonus q̃ posset dici singularitas eo q cõi vita relicta assumit vitã priuatã z singularez in verbis z factis gestib^9 z hitibus. Propter vo apparentẽ excellẽtiã sapiẽtie gñat ex se q̃tuor vicia. Uult eni hõ excellẽtiã suã manifestare. Uno^9 q̃tũ ad intellectũ z sic est ptinacia p quã hõ nimis innitit sue snie nolẽs credere snie meliori. Alio^9 q̃tũ ad voluntatez z sic est discordia dũ nõ vult a ppria volũtate discedẽ vt aliis 9cordet. 3^9 q̃tũ ad locutionẽ z sic est 9tẽtio dũ aliqs clamorose 9 aliũ litigat: est eni ipugnatio veritatis cũ 9fidẽtia clamoz. 4^9 q̃tũ ad opationẽ z sic est nouitatũ psumptio: q̃ supra vires oia tẽtata vt sapiens appareat. Licet autez contentio z discordia oriant quodã mõ ex ira: nõ tñ nisi cũ adiunctiõe inanis glie p hoc. s. q aliqs gliosũ sibi reputat q ñ cedat volũtati vel vbis alioz hmõi q̃q3 filie prit p hũc vsũ memorie cõmẽdari. In 9tẽ. z ypo. iactãs noua ptina. dis. glo. ¶ Ad fugã supbie dz hõ cõsiderare se oib^9 viliorẽ attẽtis suis defectib^9 occultis z alioz latẽtib^9 bonis: z dz etiã cognoscẽ se erga deũ ingratũ z ex ppriis virib^9 inutilẽ oia bona deo attribuendo z impfectionẽ opez suoz 9siderãdo iuxta illõ ysa. Oẽs iusticie nre sicut pãnus mẽstruate. ¶ Circa discordiaz q̃ opponit 9cordie notãdũ sm tho. in 2^a 2^e q aliqñ ẽ pctm mortale vt cũ qs scienter z ex intentiõe dissentit a bono diuio z primi in q̃ dz 9sentire. Vñ ad gala. 5^9 dissensiões. i. discordie ponunt inter opa carnis de qb^9 ibi subdit q q talia agũt regnũ dei nõ 9sequent. Primi tñ mot^9 huius discordie sũt pcã venialia. Est etiã discordia pctm veniale si pter intẽtionẽ fiat: vt cũ intẽtio aliquoz est ad aliqd bonũ ptinens ad honorẽ dei vel vtilitatẽ primi sed vnus estimat hoc ee bonuz z alius nõ: vt fuit iter barnabã z paulũ. Act. 15. qd ptinebat ad humanũ defectuz lz hoc fuerit ex diuina puidentia ppter vtilitatem 9sequentem ordinatum. Hoc

Remedium 9 supbiam.

De discordia

quãt mō discordia nō est pctm̃ mortale nec repugnat charitati nisi sit cum errore circa necīa ad salutē vel
De sedi cum nimia ptinacia. ¶ Et notandū q̄ seditio et scis-
tione. et ma sub discordia ptinent: vtrūq; eni est discordia nō
scismat. vni⁹ ad vnu3: sed partiū multitudis adinuicē. Ūn se ditiosus dr̄ q discordias excitat nō quācunq; s3 inter ptes alicui⁹ multitudis. Pctm̃ aūt seditionis est non solū in eo q discordiā seminat q dr̄ susurro: sed etiā in eis q inordiate adinuicē dissentiūt. Differt aūt seditō a scismate. q3 scisma opponit spūali vnitati multitu- dis. s. vnitati ecclesiastice. seditio vero opponit vni- tati tpali vel seculari. Qr vero seditio opponit iusti- tie. et cōi bono. iō ex suo gn̄e est pctm̃ mortale et pn̄ci paliter ptinet ad eos q seditionē pcurāt. secundario vero ad eos q ipsos sequunt pturbātes bonū cōe. Il li vero q bonū cōe defendūt resistētes eis nō sunt di- cendi seditiosi sicut nec regimen tyrānicū pturbātes. ¶ Magis aūt tyrānus seditiosus est cuius regimē ordi
Cōtētio natur ad ppriū bonū cū multitudis detrimēto. ¶ De ptentiōe aūt sciendū q̄ ptentio scđm ambro. est ipu- gnatio veritatis cū pfidentia clamorū. et ponit pfidē tia clamoris vt circūstantia aggrauans. gn̄aliter eni3 ptentio pōt dici ipugnatio veritatis in sermōe cū vin- cendi l3 etiā non sit ibi clamor indebit⁹. Nomen eni ptentiōis dicit motū in pria tendentiū. Et pōt fieri cū malignitatis: vt si aliqs velit iniuste vincere vel alios audiētiū in fide vl̄ morib⁹ subuertē: et sic ē pctm̃ mor tale fm alexañ. i 2° señ. Si ât hec fiāt ex q̄dā leuitate in his in qb⁹ nō ē piculū: tūc nō diceret mortale pec catū. Si ēt fiat ptentio cū eruditiōis vl̄ exercitatiōis aut correctiōis aut ad ipugnationē falsitatis mō tñ in ordinato: erit pctm̃ veniale. Silr̄ si fiat ex quadā titil latiōe glie vel honoris sicut dr̄ in euāgelio q̄ facta est ptentio iter xp̄i discipulos qs eoꝝ videret eē maior. ¶ De ypochrisi dicet in tertio cū aget de mendacio.
Iactañ. ¶ De iactantia sciēdū fm thomā in in 2ª 2ᵉ q̄ iactan tia pprie iportat q̄ nō verbis se extollat. Hoc aūt cō tingit dupl̄r. Uno⁹ dicēdo de se non qdā supra id qđ est in se: sed supra id qđ hoies de eo opinant. Alio⁹ loquēdo de se supra id qđ est in se scđꝫ rei veritatē. et in isto 2° mō magis pprie iactātia psistit q̄uis vtroq; mō dici possit. Alterius sciendū q̄ iactātia pōt pside rari vel fm se. vel scđm suā cām. Si cōsideret fm se sic tunc est pctm̃ mortale qñ qs iactanter pfert qđ est ꝫ gliam dei sicut ex psona regis tiri. dr̄ eze. 28. Ele uatū est cor tuū et dixisti de⁹ ego sum. vel etiā ꝫ chari tatē pximi. sicut cū aliqs iactādo seipsum prorupit in iniurias alioꝝ. sicut hēt in euāge. de pharisco q di cebat. Nō sum sicut ceteri hoium raptores. iniusti. adulteri. velut etia3 hic publicanus. Qñq; vero est pctm̃ veniale. qñ. s. aliqs de se talia iactat q̄ nō sūt ꝫ deū neq; ꝫ pximū. Si aūt psideretur scđm sua3 cām tūc si pcedat ex supbia vl̄ inani glia aut auaricia q̄ sit pctm̃ mortale: etiā ipsa iactātia erit pctm̃ mortale. pu ta cū qs se iactat vt gloriā vel etiā lucrū acqrat in dā
De orna num aut deceptionē pximi. alias aūt erit pctm̃ venia
tu mu- le. ¶ Qr vero exterior ornat⁹ plerūq; ad iactantia3
lierum. ptinet scđm Aug. in libro de sermone dei in monte.

Notandū q̄ vt dicit tho. i scđa scđe si mulier pciosis se ornet vt p hoc viro suo placeat: ne p eius ꝫtemptū in adulteriū labat: pōt hoc facē absq; pctō. Ille vero mulieres q̄ viros nō hñt nec volūt hēre et sunt in sta tu nō habēdi: nō pñt absq; pctō appetere placē viroꝝ aspectib⁹ ad ꝫcupiscendū. q3 hoc est dare eis intētio- nē peccādi. et si q̄dā hac intētiōe se ornēt vt alios pue cent ad ꝫcupiscēdū: mortalr̄ peccāt. si aūt ex q̄dā le uitate vel vanitate pp quandā iactātiā: nō sp est pctm̃ mortale. s3 qñq; veniale. sicut etiā ipsa iactātia. vt p3 ex pcedētib⁹ et eadē rō est q̄tū ad hoc de viris. Pñt aūt licite et viri et mulieres se pciosis ornare. vt pser- uent decētiā sui stat⁹ fm psuetudinē eoꝝ qb⁹ ꝯuiuūt. statusq; et psonaꝝ suaꝝ ꝯditionu3. In supabundātia tñ et supfluitate taliū ꝯtingit pctm̃. seu talib⁹ pter cō- suetudinē eoꝝ qb⁹ ꝯuiuunt vtēdo seu ex inordinato affectu vt dictū est. ¶ Predictis ꝯcordat alex. in 2° sniaꝝ. dicit etiā thomas q̄ mulieres se colorātes seu aliq̄ figmenta ad apparētē pulchritudinē apponen- tes l3 peccēt. nō tñ peccāt mortalr̄: nisi hoc fiat pp la sciuiā vel in dei ꝯtemptū. In q̄ casu sūt intelligende auctes sctōꝝ de hac mā. ¶ Sciendū est etiā q̄ aliud est fingere pulchritudinē nō habitā. et aliud est occul tare turpitudinē ex aliq̄ cā puenientē puta ex egritu dine vel aliq̄ hmōi. hoc eni ē licitū. ¶ Artifices etiā faciētes ornamēta seu alia artis opa qbus pñt hoies bñ et male vti: nō peccāt nisi forte inueniēdo aliq̄ sup flua et viciosa. Nō sic aūt de illis qb⁹ hoies bñ vti nō pñt. q3 talia faciēdo peccarēt. vtpote pbētes alijs oc casionē peccādi. puta si aliqs fabricaret aliqd ad cul tū ydolatrie ptinēs. hec tho. ¶ Utrū aūt liceat mulie ri vti veste virili vl̄ ecōuerso. Dicit tho. in 2ª 2ᵉ q̄ h⁹ viciosu3 est. q3 cult⁹ exterior d3 cōpetere psone scđm cōem psuetudinē. hoc aūt phibet deutero. xx. q3 tali habitu gētiles vtebant ad ydolatriā. et pcipue q3 hoc pōt esse cā lasciuie: pōt tñ hoc qñq; fieri sine pctō pp aliquā necessitatē: vel cā occultādi ab hostib⁹ vel pp defectum alterius vestimenti vel aliquid hmōi.

i **Inuidia** est spēs tristicie. Est aūt tristi cia passio q̄dā. dr̄ quoq; pas sio in pposito motus nō spōtaneus in appeti tu puenicēs ex apprehensiōe boni vel mali. Assignan tur aūt sex spēs tristicie. s. achos: accidia: 3elus: mise ricordia: nemesis: et iuidia. ¶ Est aūt achos seu an- gustia tristicia puenicēs ex apphensiōe pprij isortunij. et dr̄ ab a qđ est sine: et chos qđ est vox. q. sine voce. ¶ Accidia vo est tristicia puenicēs ex apphensione p prij laboris: importat eni q̄dā tediū opandi. ¶ Ne mesis est tristicia de bonis illoꝝ q sūt indigni. ¶ Ze- lus l3 posset sumi plurib⁹ modis sicut emulatio que vnomō sumit p inflatiōe vel indignatiōe. Alio mō p ardore amoꝝ in bonū vel in malū. 3° mō p iuidia. 4° p imitatiōe iuxta illū vsum. ¶ Emulor inflat amat iuidet aemitat. Proprie tñ 3elus fm Aristo. in. 2°. rethorice ē tristicia de bono alti⁹ ñ ex eo q̄ ipse h3 bo nū: s3 q3 nob deest bonū illō qđ ipse hz. ¶ Mia āt ē tristicia ð alteri⁹ misia. ¶ Inuidia vo ē tristicia ð bo no alteri⁹ i q̄tū estimat diminutiuū p pe glie vl̄ excellē tie.

ne. Si aūt aliqs tristet de bono alterius inq̄tū ex eo sibi iminet piculū alicuius nocumēti vt de exaltatiōe inimici timētis ab eo ledi: talis tristitia nō est inuidia sed effect⁹ timoris ſm Aristo. 2° rethorice ꝛ posset esse sine pctō. Si sumat aūt inuidia inq̄tū est passio vł pena nō est pctm̄ scdm alex. in. 2° sniaꝝ sed rōne act⁹ culpabilis adiuncti q est velle bonū alterius diminui vel auferri. vñ penes hunc actū q est volūtarius deteriatur eē pctm̄. Est aūt pctm̄ mortale cū opponatur charitati q̄ est vita aie qñ est plenus ꝯsensus volūtatis ꝛ hoc in adultis nō aūt in pueris q nō hñt vsuꝫ rōnis. ℂ In adultis etiā est tm̄ pctm̄ veniale in primo motu vt qñ aliqs mouet ex quadam surreptione ad dolēdum de aliq̄ bono alterius. ℂ Ad fugaꝫ iuidie dꝫ laborare hō ad ꝯtempnē terrestriū ex qb⁹ gñat cū sint trāsitoria ꝛ caduca ꝛ ad desideriū celestiū vbi bonum vni⁹ redundat in alios. ℂ De inuidia aūt qnqꝫ nascunt filij scdm greg. 31. moraliū scꝫ odiū: susurratio: detractio: exultatio i aduersis pximi: ꝛ afflictio in psperis q̄ ꝯtinent in hoc v̄su. Odit susurro detrac exultat ꝛ afflic. q̄ sic distinguit ab alexādro. Sis eni inuidia aut est in affectu aut in sermone aut i ope. Si in affectu: sic est odiū Odire eni pximū est affectare eius malū ꝛ hoc dupl̄r: qꝛ si sit affectio mali pene pp vindictā habendā sic odiū ptinet ad irā: est eni ira inueterata. Si aūt sit affectio mali dāni sic ptinet ad inuidiā. qꝛ eni inuidus de bono pximi tristat. pp hanc tristitiā tollendā molit ad ꝯsiderandū q pximus careat illo bono. Si aūt sit iuidia in sermone: tūc aut ille sermo ordinat ad discordiā seminandā ꝛ sic est susurratio. aut ad famā pximi tollendā. ꝛ sic est detractio. Si aūt sit in ope. aut est respectu aduersitatis pximi quā pcurat. ꝛ sic est exultatio i aduersis. aut est respectu psperitatis. ꝛ sic est afflictio in psperis. qñ viꝫ pspera puenit pximo ꝯ conatū inuidētis ea impedire nitētis. ℂ Lꝫ aūt inuidia oriat ex iani glia tñ hoc nō obstante ponit vnū de vicijs capitalib⁹. non eni est ꝯ rōnem vicij capitalis q ipm ex alio oriat. sed q non hēat aliquā principalē rōnē pducēdi ex se multa gña pctoꝝ: Ipsa etiā vicia capitalia plerūqꝫ sūt leuiora q̄ alia q̄ ex eis oriunt. vñ gre. 31. mora. Pria vicia decepte mēti quasi sub q̄dā rōne se ingerūt. sꝫ q̄ sequūtur dū mentē ad oēm insaniā ptrahūt q̄si bestiali clamore mentē ꝯfundunt. Circa detractionē ꝛ susurrationē sciendū q detractor diminuit famā alteri⁹ qñqꝫ directe. qñqꝫ idirecte. Directe qdē quadrupl̄r. Uno mō qñ falsum iponit alteri. scdo qñ pctm̄ pximi suis verbis adauget. tertio qñ occultū reuelat. 4. qñ illō qd est bonū dicit mala intētione factū. Indirecte aūt vel negādo bonū alteri⁹ vel malitiose reticēdo. Predictis quoqꝫ ꝯgruit rō nois. Detrahere eni est de aliqua sūma partē trahere. sic detractor partē tollit de sūma boni qd est in opione hoīum. ℂ Est aūt detractio pctm̄ mortale qñ qs de alio obloqtur vt eius famam denigret. Auferre nāqꝫ famā alicui valde graue est. qꝛ iter res tpales videt fama eē pciosior. Per cuius defectū hō impedit a multis bñ agēdis. ppter qd dr ecclesiastici xli. Curaꝫ habe de bono noie hoc enīꝫ magis pmanebit tibi q̄ mille thesauri magni ꝛ pciosi. ℂ Cōtingit tñ qñqꝫ q aliqs dicat aliqua verba p que diminuit fama alicuius nō ex intentione vel aio nocendi. sed ex ai leuitate ꝛ ex lapsu lingue. ꝛ tūc est veniale peccatū. Posse tñ esse mortale si verbū platum esset adeo graue q notabil̄r famā pximi ieďeret. ꝛ pcipue in his que ptinēt ad honestatē vite scdꝫ tho. Et tenet hō ad restitutionē fame scdm possibilitatē sicut ad restitutionē cuiuslꝫ rei ablate: puta dicēdo bona de illo cui detraxit corā his qb⁹ verba detractoria ptulit ꝛ ostēdendo se deliqsse scdm alex. ℂ Sm vero Scotū. 15. di. quarti. Aliqs pōt dupl̄r aliū infamare. Uno mō falsum crimē imponēdo. Alio mō verū sed occultū in publico pponēdo nō seruato ordine iuris. Prim⁹ tenet dictū suū retractare ita publice sicut iposuit. Secundus nō dꝫ detractare qꝛ mētiret sed dꝫ ei sub alijs verbis famā restituere: vt dicendo nō credatis his que dixi vobis nec reputetis eū talem eē qꝛ multi multa loquunt q̄ nō sūt vera. ℂ Et si querat si aliqs dicat se aliqd crimen de aliquo audiuisse nō tñ tanq̄ sibi certū: an talis teneat famā restituere. Rñdet q nō. qꝛ si sine alia assertione hoc dicat ex nā talis actus ipsi nō tollit famā: nec pro ei⁹ dicto habēda est mala opio d alio qꝛ teste sapiēte. Qui cito credit leuius est corde: verūtñ talia recitare est picolosum ppter pusilloꝝ ac de leui credentiū scandalum. Et si aio ipm grauiter ledendi hoc faciat: mortaliter peccat secus est si in ꝯsideratiōe vel ex lubricitate lingue hoc faciat. ℂ Tho. pdictis ꝯcordās addit: q si qs nō possit pximo famā restituere dꝫ ei aliter recōpensare sicut in alijs iniurijs. Dicitqꝫ q is q audit detractorē si inducat eū ad detrahendū vel saltem placeat ei detractio ppter odiū eius cui detrahit nō minus peccat q̄ detrahens. Uñ ber. detrahē aut detrahentē audire qd hoꝝ dānabilius nō facile dixerim. Secus esset si ex timore vel negligētia vel verecundia quadā obmittat repellere detrahentē. Non dꝫ aūt semp aliqs resistere detractori arguēdo eū de falsitate maxime si sciat verū esse qd dr: sed dꝫ cum verbis arguere de hoc q peccat ei detrahēdo vel saltem ostēdere q ei detractio displiceat p tristitiā faciei: qꝛ vt ait sap. vent⁹ aqlo dissipat pluuias. ꝛ facies tristis linguā detrahētē. ℂ Et lꝫ susurro ꝛ detractor ꝯueniant in hoc q vterqꝫ dicit malū de pximo in ei⁹ absentia: differūt tñ in fine. qꝛ detractor intēdit denigrare famā pximi: susurro aūt intendit amicitiā separare discordia seminādo. ꝛ ideo talia mala pfert d pximo q̄ pñt ꝯ ipsum amouere aim audientis. Et dr susurro scdm ysidoꝝ in libro ethimologiaꝝ a sono locutiōis qꝛ secrete in aure alicuius loqt dr etiā bilinguis. Cū eni amicitia sit iter duos: nitit susurro ex vtraqꝫ parte amicitiā rumpe ꝛ ideo duab⁹ linguis vtit ad duos vni dicens malū de alio. Unde sap. Susurro ꝛ bilinguis maledict⁹. Multos eni turbauit pacē habētes.

Reme-diū contra inuidiam.

Filie ei⁹.

Detractio ꝛ susur.

De ira.

Ira est passio q̄dā. Est eni appetit⁹ vindicte. Mot⁹ aūt ire pōt eē inordinat⁹ dupl̄r. Uno⁹ ex parte appetibilis puta cū qs appetit iniustā vindictā: vt si appetit puniri eūꝫ

q nō meruit vel etiā non scḋm legitimū ordinē vt q̄ vult a se expetere vindictā non a deo vel a iudice sub eo ꝯstituto vł nō ꝑpter debitū finē vt q appetit vindi ctā ꝑpter malū eius q puniēdus est in eius malo ge scendo. Nō ꝑpter iustitie ꝯseruationē aut peccantiuȝ cohibitionē vel alioꝝ getē. ꝛ sic ira de gn̄e suo est pec catuȝ mortale ex pte appetibilis: q̄r ꝯriatur charitati ꝛ iustitie scḋm tho. Potest tn̄ ꝯtingere ꝙ talis appeti tus sit pctm̄ veniale cū motus ire ꝑuenit iudiciū rō nis: ita ꝙ nō est ibi rōnis ꝯsensus: vel si aliqs appetat in aliquo modico se vendicare qḋ q̄si nihil est repu tandū: ita ꝙ etiā si actu inferret nō esset pctm̄ morta le. puta si aliqs parū trahat aliquē puerū p capillos vel aliud hmōi. Alio° pōt motus ire eē inordinatus q̄tū ad modū irascendi puta nimis ardēter interius irascendo vel nimis exteri° signa ire manifestādo qḋ est sepe veniale: eēt aūt mortale si ex vehemētia ire ali qs excideret a diuini ꝛ ꝓximi dilectione. ℂ Assignā tur aūt a Gregorio sex filie ire. s. rixa tumor mētis: ꝯtumelia: clamor: idignatio blasphemia. ꝛ hn̄tur p hūc versum. Indigna tu: cla: ꝯtu: blasphemia rixa. ℂ Ira nāqȝ pōt tripl'r ꝯsiderari. Uno° scḋm ꝙ est in corde ꝛ sic ex ira nascunt duo vicia: vnuȝ qdē ex pte ei° ꝯ quē aliqs irascit queȝ reputat idignū vt sibi tale qḋ fecerit ꝛ sic ponit indignatio. Aliud aūt viciū est ex pte suipsius in q̄tū. s. excogitādo diuersas vias vindicte talib° cogitationib° aīm replet ꝛ sic ponit tu mor mētis: q̄ lȝ aliq̄n ꝑ inflatione supbie accipiat nō tn̄ in ꝓposito. sed sumit p quodā conatu siue auda cia hois intētātis vindictā. Alio° ꝯsideraf ira scḋm ꝙ est in ore ꝛ sic ex ira duplex iordīatio ꝓcedit. Una qdē scḋm qḋ hō in mō loquēdi irā suaȝ demōstrat ꝛ sic ponit clamor p quē intelligit inordinata ꝛ cōfusa locutio ire interioris expressiua. Alia aūt est inordi natio scḋm quā aliqs ꝓrumpit in verba iniuriosa q̄ q dem si sint ꝯ deū erit blasphemia attribuēdo deo qḋ nō est ei attribuendū: vel negādo ab eo qḋ est ei attri buendū blasphemia etiam sanctoꝝ redūdat in deuȝ. Si vero ꝯ ꝓximū sic est ꝯtumelia. Tertio mō sumit ira scḋm ꝙ ꝓcedit vsqȝ in factū ꝛ sic ex ira oriunt ri xe p quas intelligunt oia nocumenta q̄ facto ꝓximis inferunt ex ira. ℂ Circa ꝯtumeliā autē sciendū ꝙ cō tumelia importat dehonorationē alicuius. ꝛ est pro Contumelia. pꝛie in verbis dicēdo. s. ꝓmo verba turpia ꝛ iniu riosa in detrimentū honoris sui vel reuerētie sibi ab alijs exhibende. Est aūt cōtumelia maior si qs dicat alicui defectū suum coraȝ multis q̄ꝫ sibi soli. Large etiam ꝯsistit ꝯtumelia in factis in q̄tuȝ facta hn̄t vim verboꝝ in significādo. ℂ Sciendū vlterius ꝙ si intē tio ꝓferentis verba conuicij vel ꝯtumelie ad hoc fera tur vt p verba que ꝓfert honorē alterius auferat: sic est pctm̄ mortale scḋm tho. nō minus q̄ꝫ furtū vel ra pina. Non eni hō minus amat suū honorē q̄ꝫ rē pos sessam. sic dr̄ math. 5. Qui dixerit fratri suo fatue re us erit gehenne ignis. Si aūt aliqs talia verba ꝓferat ꝑpter correctionē vel aliud hmōi: poterit eē sine pec cato vel cum pctō veniali. Uñ si ꝓferat ꝯuiciuȝ nō multū dehonestādo ex aliq̄ animi leuitate. vel ex leui ira absqȝ firmo ꝓposito aliquē dehonestādi. puta cū aliqs intelligit aliquē p hmōi verba leuiter ꝯtristare erit pctm̄ veniale. ℂ Licet aūt teneamur habē aīum paratū ad ꝯtumelias tolerandas si expediens fuerit. q̄n̄qȝ tn̄ opȝ vt ꝯtumeliam illatā repellamus ad rep mendā audaciā eius q ꝯtumeliaȝ infert. ne decetero talia attemptet. aut ꝑpter bonū multoꝝ quoꝝ ꝓfectus ipedit p ꝯtumelias nobis illatas. Ad ꝯtumeliaȝ q̄qȝ ꝛ detractionē pōt derisio reduci. cōmunicant eniȝ in mā. Nullus eni deridet nisi de turpibus ex qbus hō erubescit. hmōi autē sunt pctā que si alicui in facie di cantur ꝑtinent ad ꝯtumeliā. si vero de eo in absentia dicant ꝑtinent ad detractionē. Distigunt tn̄ hec pec cata ex fine qua intēdit ꝯtra alium loquens. Cōuici ans eni intendit honorē deprimere. detractor famaȝ tollere vel diminuere. susurro discordiaȝ seminare. Derisor vero intendit erubescētiā eius q irridet. Est autē erubescētia timor dehonorationis. scḋm dam. derisio. Et pōt derisio esse aliq̄n pctm̄ veniale. ꝛ aliq̄n morta le. Est eni veniale peccatū cum qs ex aliqua leuitate de alio deridet. Non volēs ꝑpter hoc eius malū seu cū defectū alicuius ꝑsone q scḋm se paruus est ponit in ludum vel risuȝ. Si vero aliqs de alio irrideat: ip sum oino paruipendēdo ꝛ eū tam vilē estimando vt de eius malo nō sit curandū: sed sit q̄si pro ludo ha bendū: sic derisio est pctm̄ mortale. scḋm tho. ℂ Est illusio. aūt illusio dei ꝛ eoꝝ que ad deū ꝑtinēt grauissima tā to siqdē est illusio grauior quāto maior reuerētia de betur illi q illudit. ℂ Insup sciendū ꝙ maledictio male aliq̄n sumit pro detractiōe. Maledicere eni vno mō dictio. idē est ꝙ de aliquo malū dicere. vñ detractores q̄n̄qȝ maledici dn̄r. Maledici etiā q̄n̄qȝ dn̄r blasphemi q in iniurijs diuinis cōplacent vel q attribuunt deo qḋ nō est ei attribuendū: vt dicēdo deū nō eē iustū sed ac ceptatorē ꝑsonaꝝ vł sine merito punit. ℂ Est ḡ blas phemia pctm̄ mortale igit. Non excusat etiā a mor tali scḋm tho. is q ex surreptiōe vel subito motu ꝓrū Blasphemia. pit in verba blasphemie sicut nec iniq ex subito mo tu ire aliquā iterficit ꝛ h° si talis ꝯsideret sigra vboꝝ aduertatqȝ hoc qḋ ꝓfert eē blasphemiā. sec° est de il lo q nō aduertit vt si qs in verba ꝓrūpet quoꝝ signo nem nō ꝯsideraret. Imponit aūt grauis pena ꝓferē tib° verba blasphemie ꝯ deū vel ꝯ sctōs marie ꝯ bea tā virginē. extra de maledictis. statuim°. sȝ hec oia ꝑ tribunali fiūt scḋm gof. Ceteꝝ in iudicio aie discret° sacerdos molliat hūc rigoreȝ. ℂ Aliter vero sumit maledictio p vocali dictiōe seu exꝓssione mali qḋ qs ꝓmo desiderat tale malū sibi imꝑcando. Et auteȝ velle malū alteri° scḋm se repugnat charitati q̄ diliḡi mus ꝓximū ei° bonū volēdo: iō talis maledictio fꝫ gen° suū est pctm̄ mortale ꝛ tāto grauius q̄nto ꝑsonā cui maledicim° magis amat ꝛ reuereri tenemur. Unde dr̄ leuitici. xx. cap. Qui maledixerit patri vel matri morte moriat. ℂ Cōtingit tn̄ verbū maledictiōis ꝓla tum eē pctm̄ veniale vel ꝑp paruitatē mali qḋ qs al teri maledicēdo imꝑcat vel etiā ꝑp affectū ei° q ꝓfert maledictiōis vba: dū ex leui motu vł ex ludo aut sur reptiōe aliq̄ talia vba ꝓfert. q̄r pcā verboꝝ maxie ex affectu pensant. Illi aūt q ꝓximis maledicūt seu im ꝑcant mala nō inquātū mala sȝ sub rōne boni nō pec cant

cant: sicut pphete mala petõribꝰ imp̃cãtes ꝯformãdo voluntatẽ suã voluntati diue iuste eos punienti. Põnt tñ hmõi imp̃catiões p modũ p̃nunciatiões intelligi. ¶ Circa rixas aũt sciendũ q rixe pprie sũt qñ aliq ex ira inuicẽ se pcutiũt vt dicit glosa. ad gal. 5°. Est qq̃

Rixe. rixa petm̃ mortale scḋm tho. i eo q alter̃ iuadit iniuste. In eo võ q se dsendit p̃t eẽ si ñ pcõ: ⁊ qñq̃ cũ pcõ veniali. ⁊ qñq̃ etiã cũ mortali scḋm diuersos mões se defendẽdi. Nã si solo aĩo repellẽdi iniuriã illatã ⁊ cũ debita moderatiõe se defendat: nõ est petm̃. nec pprie põt dici rixa ex p̃te eiꝰ. Si vero cũ aĩo vindicte vl̃ odij vl̃ cũ excessu debite moderatiõis se dsendat sp̃ ẽ petm̃ s3 veniale qdẽ qñ aliqs leuis motꝰ odij vel vindicte se imiscet. vel cũ nõ mltũ excedit moderatã defensionẽ. Mortale aũt qñ effrenato aĩo in ipugnãtẽ isurgit ad eũ occidẽdũ vel g̃uiter ledẽdũ: Illi võ q publica p̃tãte p̃ricipis vl̃ iudicis aliq̃s iuadũt: ñ dñr rixari nec peccãt: s3 illi q publice p̃tãti r̃sistũt se iordiate dfẽdẽ.

de acci. a **Ccidia** scḋ3 dam. est q̃dã tristicia aggrauãs. q̃. s. ita d̃primit aĩu3 hoĩs vt nihil ei agẽ libeat. Vñ accidia iportat q̃dã tediũ opãdi. Est aũt accidia mala s3 se. q2 ẽ tristicia de bono sp̃uali. Et scḋ3 effectũ dũ sic hoiẽ3 aggrauat vt eũ totalr̃ a bono retrahat. Que qdẽ ẽ petm̃ veniale dũ est ichoatio peti in sensualitate nõ p̃tingẽs ad ꝯsensũ rõnis. Si vero p̃tigat vsq̃ ad ꝯsensũ rõnis ꝯsentiẽtis i fugã horrorẽ ⁊ dtestationẽ boni diui: erit petm̃ mortale i his. s. q̃ iminẽt ppter deũ ex necessitate faciẽda. nõ aũt in his q̃ hõ facere nõ tenet. ¶ Po-

Filie eiꝰ. nit aũt accidia viciũ capitale a gre. 31. moral. vbi sex eiꝰ filie assignant. s. malicia. rãcor: pusillanimitas. desp̃atio. torpor circa p̃cepta. vagatio mẽtis circa illicita. q̃ in hoc v̄su ꝯtinent. Desp. pus. torpor. mal. rãcor. mẽte vagãsq̃. ¶ Est aũt malicia machiatio mali ꝯ hoies ad sp̃ualia iducẽtes. ⁊ hꝰ iaio. Rãcor ãt in signo. pusillanitas ẽ fuga ꝯsiliop̃. ⁊ torpor fuga p̃ceptop̃. ad quẽ p̃tĩet ociũ vigilãdo ⁊ sõnolẽtia dormiẽdo. vl̃ pusillaĩtas ẽ timor aggressus op̃is laboriosi. torpor ãt p̃gressus. Ad vagatiõẽ võ mẽtis p̃tiet v̄bositas q̃tũ ad locutionẽ. iq̃etudo q̃ ad motꝰ mẽbrop̃ ĩordiationẽ. ⁊ istabilitas q̃ ad locop̃ ⁊ p̃positi mutaciõem

de aua. a **Uaricia** est iordinatꝰ amor diuitiap̃. q si sit tãtus q pp ip̃m non vereat hõ facẽ ꝯ amorẽ dei ⁊ p̃ximi. puta alienũ iniuste subripiẽdo vel detinẽdo seu ad hec voluntatẽ deliberatã hñdo. erit petm̃ mortale. Si aũt iordinatio amor isra hoc sistat vt. s. hõ q̃uis sup̃flue diuitias amet. nõ tñ pp ipsas vellet aliqd facere ꝯ deu3 ⁊ p̃ximũ. sic auaricia est tm̃ petm̃ veniale. Cũ aũt auaricia sit petm̃ capitale: ex ipsa multa vicia scḋ3 greg.

Filie eiꝰ. oriunt q̃ eiꝰ filie dñr. s. p̃ditio. fraꝰ. fallacia. piuria. violẽtia. inq̃etudo. ⁊ ꝯ miam obduratio. ⁊ hñtur p hũc v̄su3. Prodit. fraus. fal. p. violans. obdurat ⁊ inq. Q2 nãq̃ auaricia est sup̃fluꝰ amor diuitiap̃ auarus in duobꝰ excedit. Pmo nãq̃ sup̃abũdat in retinẽdo. ⁊ sic orit ex auaricia obduratio ꝯ miam. q2. s. cor eiꝰ mia nõ emollit vt de diuitijs suis subueniat miseris. ⁊ ad obdurationẽ posset reduci vsura. Usurarius. n. cor ita durũ h3 q de mutuo cop̃ q̃ dare dbe-ret lucrũ q̃rit. 2. ad auaricia spectat sup̃abundare in accipiẽdo. Et s3 hoc auaricia põt cõsiderari dupl̃r. Uno mõ scḋm q est i affectu. ⁊ sic ex auaricia orit inq̃etudo in q̃tũ igerit hõi sollicitudinẽ ⁊ curas sup̃fluas. Auarus eni3 teste sap̃. nõ iplebit pecunia. Alioꝰ põt ꝯsiderari i affectu. ⁊ sic i acq̃rẽdo aliẽa vtit qñq̃ vi qḋ p̃tinet ad violẽtias vel rapinas. qñq̃ aũt deceptiõe seu dolo q̃ qdẽ si fiat i v̄bo erit fallacia q̃tũ ad simplex verbũ. piuriũ aũt si addat ꝯfirmatõ iuramẽti. Si aũt dolus cõmittit in op̃e: tũc aut q̃tũ ad p̃sonas. ⁊ sic est p̃ditio. vt p3 de iuda q p auariciã p̃ditionẽ ꝯmisit in xp̃m: q̃tũ võ ad res: erit fraꝰ vel furtũ. ¶ Et notãdũ q aliud est petm̃ hẽ sp̃ẽs ⁊ hẽ filias. l3 aliqñ sp̃ẽs ⁊ filie i idẽ ꝯcurrãt: sp̃ẽs eni vicij capitalis ad idẽ genꝰ p̃tinẽt. filie vero plerũq̃ p̃tinẽt ad aliud genꝰ cũ vnũ viciũ oriat ex alio. ⁊ viciu3 oppm̃ vni v̄tuti orit ex vicio opposito alteri virtuti. sicut odiũ dei qḋ opponit charitati orit ex luxuria q̃ opponit castitati. ⁊ piuriũ qḋ oppõit religiõi orit ex auaricia. Idẽ tñ aliqñ p̃t põi filia ⁊ sp̃ẽs eiusdẽ vicij sic fraꝰ vl̃ furti ⁊ filia auaricie cũ ex ipsa oriat. ⁊ ẽ eiꝰ sp̃ẽs cũ sub ipsa cõtineat. De istis magis videbit in 3° ⁊ in q̃rto.

g **Ula** est iordinata ꝯcupiscẽtia cibi. ⁊ potus. ⁊ ẽ mortale petm̃ s3 tho. i 2ª 2ᵉ qñ delectatiõi gule inheret hõ tanq̃ finĩ pp quã deũ ꝯtẽnit paratꝰ. s. ꝯ eiꝰ p̃cepta agere vt delectationẽ hmõi adipiscat. Si võ in vicio gule sit tm̃ inordiatio ꝯcupiscẽtie s̃m ea q̃ st ad finẽ: vtpote q2 nimis ꝯcupiscit dlectatiões cibop̃: ñ tñ ita q pp hꝰ aliqd faceret ꝯ legẽ dei ẽ petm̃ vẽiale. Sũt ãt. 5. sp̃ẽs gule s3 greg. q̃ hñtur p hũc v̄sũ Preprope. laute. nimis. ardẽter studiose. ¶ Inordiatio eni ꝯcupie vnoꝰ sit tp̃s ꝯbiui p̃ueniẽdo. ⁊ q̃tũ ad hꝰ ponit p̃prope. 2° lautos cibos. i. p̃ciosos q̃rẽdo. 3° nimis edẽdo. 4° modũ ꝯbiui ñ obs̃uãdo. 5. cibos nimis accurate vl̃ studiose p̃paratos petẽdo. ¶ Ponit ẽt gula viciũ capitale cũ ex ipsa alia vicia oriant. q̃ eiꝰ filie dñr. s. iepta leticia scurrilitas. imũdicia: mltilogũ: hebetudo mẽtis circa itelligẽtiã ⁊ ponũt a grego. 31. moraliũ p̃ntq̃ p hũc v̄sũ mẽorie cõmẽdari Letꝰ hebetudo v̄bosus scurrilis ⁊ imun. Sic eni abstinẽtia ꝯfert ad sapie lucẽ iuxta illud eccles. Proposui abstrahẽ a vino carnẽ meã vt trãsferrẽ aĩm meũ ad sapia3. sic imoderata sũptio cibi ⁊ potꝰ cãt mẽtis hebetudinẽ aciẽ rõis obfuscãdo pp cibop̃ fumositates cerebrũ p̃turbãtes ⁊ q̃ ad hꝰ ponit filia gule hebetudo. ¶ Et q2 ad deordinationẽ itellꝰs seq̃t deordiatio affectꝰ iõ ꝯñter ex gula orit in affectu iepta leticia q̃ volumꝰ delectari i gesticulatiõe corpis vel musicis istrumẽtis vel alijs luxibꝰ carnis iuxta illud exodi. 32. Sedit pp̃ls comedẽ ⁊ bibẽ ⁊ surrexerũt ludẽ de q̃ in 4° videbit dño ꝯcedẽte. ¶ Per gula3 ẽt ꝯtingit peccare in v̄bis ⁊ hoc vel rõne sup̃fluitatis qḋ p̃tinet ad multilogũ: vel rõne ihonestatis qḋ p̃tiet ad scurrilitatẽ. Ex p̃te ãt op̃is ponit imũdicia q̃ põt attẽdi s3 iordiatã emissionẽ q̃rũcũq̃ sup̃fluitatu3 vt vomitũ vl̃ p eructationẽ fetidã vl̃ sp̃alr̃ q̃tũ ad emissionẽ feis. Unñ sup illḋ ad eph. 5. fornicꝰ ãt ⁊ ois imũdicia dicit glo. i. icõtinẽtia p̃tinẽs ad libidinẽ q̃cũq̃ mõ. Luxꝰ nãq̃ orit ex gula l3 aũt vomitꝰ nõ sit petm̃

de gula

Filie eiꝰ.

sed peti sequela. cum etiá ex ꝯsilio medicoꝝ possit ꝓcurari in remediū alicuius languoris: viciosū tn̄ est ꝙ aliqs huic necessitati se subdat ꝑ imoderantiá cibi ⁊ potus. ¶ Et si arguat ꝙ ysid. ponit scurrilitatē inter filias luxurie ergo non d3 poni inter filias gule. Rn̄deo ꝙ nō est incōueniēs idem viciū a diuersis vicijs oriri. vn̄ scurrilitas ꝓcedit ex actu gule ⁊ ex voluntate luxurie ⁊ sic pōt ad vtrunqȝ viciū ptinere: sic ceccitas mētis vel ebetudo oritur ex vtroqȝ vicio. ¶ Notandū circa predicta ꝙ in multiloqa cōiter est venialis culpa dicēdo. s. verba supflua ⁊ ociosa que nec ꝓsunt nec obsunt. De his eni in die iudicij est rō reddēda vt ait saluator in euangl. Si aūt aliqs vtat verbis de se inutilib⁹ ⁊ supfluis ad corporis recreationē: tristitie remotionem: vel amicicie conseruationem hoc potest esse sine quacunqȝ culpa siue veniali siue mortali. ¶ Quantum autem ad scurrilia seu turpia ⁊ inhonesta verba potest esse culpa venialis si ex lubricitate lingue ꝓueniant. Si vero talia ꝓferant ꝑpter prouocationē ad libidinem venialē erit culpa venialis si vero ad libidine3 mortalē tunc erit culpa mortalis. Idē posset dici de tactibus ⁊ osculis que qdem sunt mortalia si ex libidine procedāt sicut mortalr̄ peccaret q daret elemosynā ad aliquē inducendū in heresim rōne intētionis corrupte. Posset etiā in hic esse culpa sicut in delectatione morosa s3 tho. si cā hmōi libidinose delectationis fierēt de qua dictū est di. 24. Possent aūt fieri sine pcō si fierent absqȝ libidine vl̄ ꝑpter ꝯsuetudinē patrie. vel ꝑpter aliquā rōnabile3 causam. ¶ De ebrietate autem dicit idē ꝙ aliqs potest tripl̄r inebriari. Uno modo sic ꝙ nesciat potū eē imoderatum ⁊ inebriare potentē puta q: ignorat vini fortitudinē. ⁊ sic ebrietas potest eē sine peccato. vt p3 de ebrietate noe in libro gen̄. Alio mō sic. ꝙ aliqs ꝑcipiat potum eē imoderatum. nō tn̄ estimat potum esse inebriare potentē: ⁊ sic ebrietas pōt esse cu3 pctō veniali. Tertio mō potest ꝯtingere ꝙ aliqs bene aduertat potū esse imoderatū ⁊ inebriante3. ⁊ tn̄ magis vult ebrietatem incurrere q̄ͣ a potu abstinere. ⁊ talis mortalr̄ peccat cum sciens ⁊ volēs de vsu rōnis piculo peccandi se cōmittens. grauiter etiā peccat q scienter aliū inebriari ꝓcurat. Quod autē dicit Aug. ebrietatem eē pctm̄ mortale si sit assidua: est intelligendū scōm thomā scda secunde. nō ꝑpter solā iterationē actus. q: multiplicatio actuum nō aggrauat infinitū vt de veniali fiat mortale: sed q: non pōt esse ꝙ hō assidue inebrietur qn sciens ⁊ volens ebrietatem incurrat dum multotiens experitur fortitudinem vini ⁊ suam labilitatem ad ebrietatem.

De scurrilitatibus verborum.

ebrietas.

Spēs luxu.

1 Luxuria cōmittitur cū hō vtit venereis preter debitū ordinē rōnis. cuius assignant sex spēs. 36. q. prima. Sex illa. s. fornicatio simplex. adulteriū. incestus. stuprū. raptū. ⁊ viciū ꝯ nā3. ¶ Est aūt fornicatio qn̄ solut⁹ cū soluta exercet actū venereū qd ē ꝯ ꝓlis certitudinē ⁊ eius debitā educationē. ¶ Adulteriū autē fit accedendo ad alienū thorū siue ad ꝑsonam alteri matrimonialr̄ ꝯiunctam. ¶ Incestus vero fit in qbus mulierum ꝯsanguinitate vel affinitate iunctarum. ¶ Stuprum est virginū defloratio. vtendo ꝓprie nomine stupri l3 aliqn̄ magis large sumat. ¶ Raptus aūt fit puellā violenter a domo prīs educendo ꝓprie hoc noie vtēdo. Large aūt extendit ad violentā corruptionem quarūl3 feminarum q̄ͣ maxie viduaru3. Non intelligit aūt raptus q rapuit vxorē ꝓpria3. 36. q. j. Lex illa. non est etiā raptus vbi puella cōsensit. extra. §. cum cā. ¶ Uicium vero ꝯ nām fit vtendo actu venereo aliter q̄ͣ in vase muliebri ꝑ nām ad hoc istituto. Est aūt grauius q̄ͣ si matrē qs cognosceret. 32. q. 7. adulterium A qbusdā etiam d̄r esse ꝯ nām cum nō obseruat debit⁹ modus ꝯcubendi de quo in 4. videbit. ¶ Aliq etiā ponunt sacrilegiū inter spēs luxurie quod qdē cōmittitur ad ꝑsonā ꝑ votum ꝯtinentie deo desponsatā accedendo ⁊ posset reduci ad adulterium. ¶ Extendit tn̄ sacrilegiū ad lesionē vl̄ acceptionē cuiuscūqȝ rei sacre. Hoc aūt fit qnqȝ rōne ꝑsone: vt clericū verberādo: vel monialē rapiendo. qnqȝ rōne loci: vt violādo imunitatē ecclesie vl̄ cimiterij. qnqȝ rōne rei ⁊ hoc auferēdo sacrum de sacro: vt vasa deo ꝯsecrata. vel bona ministroꝝ cultus diuini ab ecclesia auferēdo. vel nō sacrū de sacro: vel sacrum de non sacro. Hmōi quoqȝ spēs ꝑ versum sequentē pn̄t memorie cōmendari. Dat for: ad: in: stus con: luxuria: sacrile: raptum. ¶ Est autē inter predicta ꝯ nām grauissimum bestialitas vbi nō seruat debita spēs. Post hoc aūt vicium sodomiticū vbi non seruatur debit⁹ sexus. deinde si vir mēbro mulieris non ad hoc ꝯcesso voluerit vti. Minus aūt inter ꝑdicta ꝯ nām est pctm̄ mollicici qd ꝯsistit in sola emissione cōcubitus ad alteꝝ: q v3 in seipsis pollutionem ꝓcurant. de quo tn̄ dicit apl's ꝙ neqȝ molles regnu3 dei possidebunt. ¶ Sumit aūt aliter mollities prout opponit ꝑseuerantie vt ponit Aristo. 7. ethicoꝝ. vn̄ molle d̄r quod de facili cedit. ¶ Circa stuprū posset dubitari an seducens virginē solutā teneatur eam ducere vel maritare. Rn̄sio pena antiqua erat alteꝝ ꝑdictoꝝ extra de adult. c. j. Hodie vero vel ducit eā vel retrudit ad penitendū in monasterio de quo posset egredi extra capitulo scdo ⁊ hoc quo ad forū iudiciale. In foro autē penitentiali scōm rod. si deflorat ipsam voluntariā nō tenet si aūt inuitā vel dolo seductam iniungendū est ei ꝙ satisfaciat vel cōponat cum ea. ¶ Assignant aūt a beato Gregorio octo filie luxurie. s. cecitas mentis: incōsideratio: inconstātia: ꝑcipitatio: amor sui odium dei. affectus ꝑsentis seculi: horror siue dispatio futuri ⁊ hn̄tur ꝑ hunc versu3. Cec. in. prec. constans. despes. affec. amat. odit. Rō aūt numeri sic assignat. Pctm̄ namqȝ qd gn̄atur ex luxuria aut est scōm deordinationē rōnalis: aut irascibilis aut ꝯcupiscibilis. Scōm aūt deordinatione3 rōnalis duo sunt pctā quoꝝ vnū est scōm deordinationem respectu celestiu3 contēplandoꝝ ⁊ d̄r cecitas mentis. Dediti eni carnis opibus de spūalibus iudicare nō valent: q̄ͣtum autē ad deordinatione3 respectu inferioꝝ agendoꝝ ponit inconsideratio. Scōm vero deordinatione3 irascibilis duo vicia gn̄antur. filie ei⁹.

Aliqn̄

Aliqñ eni hꝫ inordinationẽ in paciẽdo. ⁊ dr̃ incõstã ria que statũ in bono ipedit pp aduersa ꝯria volupta ti carnis q̃ nolumus sustinere. Aliqñ vero hꝫ iordi nationẽ in aggrediẽdo ex ĩpetu passiõis siue regula rõnis ⁊ dr̃ pcipitatio. Scõm autẽ deordinationẽ vir tutis cõcupiscibilis gñant quatuor vicia quoꝝ duo respiciũt affectionẽ rei pñtis q̃ põt cõtingere dupl̃r. Uno° sꝫ amorẽ nimiũ ⁊ quo ad hoc ponit amor sui ⁊ itelligit de amore sue carnis ad quẽ luxuria maxie inclinat animã. Non aũt itelligit de amore sui large sũpto quo hõ diligit se iordinate plusq̃ deꝫ. talis eniꝫ est fũdamẽtũ ciuitatis diaboli ẜm Aug. Alio° affe ctio rei pñtis põt cõtingere ẜm detestationẽ ei° qd̃ sũ me est amãdũ ⁊ ẜm hoc ponit odiũ dei nolẽdo deuꝫ esse in ꝗtũ scꝫ apphẽditur punitor pctõꝝ qd̃ est valde graue pctm̃. ❧ Quo ad affectionẽ aũt rei future vis cõcupiscibilis dupl̃r deordinat. Uno° respectu boni mutabilis ⁊ sic dr̃ affectus pñtis sclĩ sp̃ hic pmanere volẽdo. Respectu vo boni futuri incõmutabilis po nit desꝑatio futuri sclĩ. vite nãqꝫ carnali insistẽtes se pissime de vita eterna desperãt. ❧ Notãdũ circa pre dicta q̃ carnalis cõcupiscẽtia latenter subintrãdo de cipit qd̃ pbat ari. 7° ethicoꝝ p hoc q̃ gdã de vene re loquẽtes appellãt eã cipzigenã dolosã ⁊ ei° corri giaꝫ seu zonã dicũt esse variã: venus eniꝫ fuit regina cypri que per luxuriam viros decipiebat ⁊ dicitur cy prigena. quasi in cipro genita p quã signatur cõcupi scentia cuius corrigia dicitur esse varia qꝛ cõcupiscen tia diuersimode mentes ligat inclinans in bonũ dele ctabile qd̃ appet eẽ bonũ ⁊ tñ i ꝟitate ẽ malũ ⁊ ad hoc adducit ari. homerũ poetã dicẽtẽ q̃ deceptio. i. cõcu piscẽtia furata est intellectuꝫ spisse. i. valde sapientis.

❧ De pctõ in spiritũsanctũ quod dicit etiaꝫ peccatum ad mortem. Di. xliij.

Quid sit illud pctm̃. ⁊

Est preterea quoddã peccati ge nus ceteris grauius ⁊ abo minabilius qd̃ dicit peccatũ in spi ritũsanctuꝫ. De quo in euangelio veritas ait. Qui peccauerit in spiritumsanctũ nõ remittet ei neqꝫ hic neqꝫ i futuro. Et Joã nes in epistola canonica. Est peccatũ ad mor teꝫ: nõ pro eo dico vt quis oret. Qui eniꝫ pec cat in patrẽ remittet ei: ⁊ q peccat in filiũ re mittet ei: qui autẽ blasphemauerit in spiritũ sanctũ nõ remittet ei neqꝫ hic neqꝫ in futuro

Quoꝝdã opinio. Quid sit illi pctm̃.

Sꝫ q̃rit qd sit illud peccatũ i spiritumsanctũ vel ad mortẽ. Quidã dicũt illud peccatũ esse desperationis vel obstinatiõis. Obstinatio est idurate mentis in malicia ptinacia p quã hõ fit ipenitẽs. Desperatio est qua qs diffidit pe nitus de bonitate dei: estimãs suã maliciã di uine bonitatis magnitudinẽ excedere. Sicut chayn qui dixit. Maior est inigtas mea q̃ vt veniã merear. Utrũqꝫ vero dr̃ pctm̃ in spiri tũsanctũ: qꝛ spũssanctus ẽ amor patris ⁊ filij: ⁊ benignitas qua se inuiceꝫ ⁊ nos diligunt. q̃ tanta est cuius finis nõ est. Recte ergo in spi ritũsanctũ delinquere dicunt q sua malicia dei bonitatẽ supare putant: ⁊ ideo penitentiã nõ assumunt: ⁊ qui iniquitati tam pertinaci mẽ te inherent vt eã nũqꝫ relinquere proponant ⁊ ad bonitatẽ spũssancti nũqꝫ redire: patien tia dei abutentes ⁊ de misericordia dei nimis ꝑsumentes: quibus placet malicia pp se: sicut pijs bonitas. Isti nimia pertinacia ⁊ presum ptione peccãt autumãtes deũ nõ eẽ iustũ. Isti desperatione deũ nõ bonũ existimãt tollẽtes in hoc turbulentissimo inigtatũ mari portũ diuine iusticie: quo se recipiant fluctuantes. **Aug° ĩ verbis dñi.** Atqꝫ ipsa desperatione addũt peccata pecca tis dicẽtes misericordiã nullã esse: ⁊ q̃ super peccatores necessaria damnatio debetur.

❧ Utrum omnis obstinatio sit peccatum in spiritumsanctuꝫ.

Si querit vtrũ ois obstinatio mentis i ma licia obdurate oisqꝫ dꝫperatio sit pecca tũ in spiritũsanctũ. Quidam dicũt oẽm obsti nationẽ ⁊ oẽm desperationẽ eẽ peccatũ i spiri tũsanctũ. **Opinio q̃rũdã.** Qd̃ si est aliqñ illud pctm̃ remittit: qꝛ multi ẽt obstinatissimi ⁊ dꝫpatissimi cõuer tur vt Augu. ait sup illũ locũ ps. Conuertã in profundũ maris idest eos q erant desperatis simi: ⁊ ibi Mittit cristallũ suaꝫ sic bucellas. i. obstiatos facit alioꝝ doctores. Taliũ cõuersio sibi ẽt euidenter ostẽdit vbi ait. qui educit vi ctos in fortitudine. Similiter ⁊ eos q exaspe rant qui habitant sepulchris. Scõm istos il lud peccatũ dicit irremissibile nõ quin aliqñ dimittat: sꝫ qꝛ vix ⁊ raro ⁊ difficulter remitti tur. Non enim soluit cristallus nisi vehemẽ ti spiritus ipetu. **Alioꝝ sentẽtia** Alij vero tradũt nõ q̃libꝫ obstinationẽ vel desperationẽ appellari pec catũ in spiritũsanctuꝫ: sꝫ illã tm̃ quã cõitat in pnia: q ẽt ipenitẽtiã dicũt esse pctm̃ in spiri tũsanctũ. Sꝫ qꝛ Aug. dicit ipenitẽtiã esse pec catũ i spiritũsanctũ: cũ sic obstinat° ẽ aligs vt nõ peniteat: discuti oꝫ an aliud sit obstinatio aliud impenitẽtia sit i eo pctm̃: an idem sꝫ di uersis modis cõmissuꝫ? Scõm istos peccatũ illud dicit irremissibile eo q̃ nũqꝫ dimittat. Unde Aug. etiam dicit q̃ hoc solũ peccatuꝫ veniã mereri nõ pt. Et Hiero. q̃ taliter pec cans digne penitere nõ potest. Et ideo recte

Joannes dicit vt nõ ꝓ eo oret qs:q: q sic peccat:orationibꝰ ecclesie hic vel in futuro iuuari nõ põt:habẽs cor induratũ tãq̃ lapis:sicut de diabolo legit. Post hãc viã qui valde mali sunt:meritis ecclesie iuuari nõ possunt.

¶ Qualiter accipitur pctm̃ in spiritũſctm̃.

Est etiã alia huius peccati assignatio. Hoc enim pctm̃ Aug. diffiniẽs in li. de sermone dñi in monte ait pctm̃ ad mortẽ est cũ post agnitionẽ dei p gratiã christi oppugnat aliqs fraternitatẽ:ꝛ aduersus ipsam grãꝫ qua recõciliatus est deo:inuidie faucibꝰ agitat:qḋ fortasse est peccare i spiritũsanctũ:qḋ peccatũ dr̃ nõ remitti:nõ q: nõ sit ignoscendũ peccãti si peniteat:ſꝫ q: tãta ẽ labes peccati illiꝰ: vt deprecãdi humilitatẽ subire nõ possit:etiã si peccatũ suũ mala conscia agnoscere ꝛ enunciare cogat:vt iudas cũ dixit peccaui facilꝰ desperãs cucurrit ad laqueũ:q̃ȝ humilitate veniã peteret:qḋ pp magnitudinẽ peccati:iaꝫ ex dãnatione peccati tales habere credẽdũ est. Ecce q̃dã assignatio peccati in spiritũſãctũ vel ad mortẽ h̄ posita est:qua illud pctm̃ esse traditur oppugnatio fraternitatis post agnitõeꝫ ꝛ inuidẽtia gratie post recõciliationẽ:qḋ spẽs quedã obstinationis intelligi põt. Jllã tñ diffinitionẽ Aug. in lib. retractationũ rememorãs aliquid adijciendũ ibi fore:nec asserendo se dixisse aperit ita dicẽs. Qḋ qdẽ nõ ꝯfirmaui:qm̃ hoc putare me dixi. Sꝫ tñ addẽdum fuit si in hac scelerata mẽtis peruersitate finierit hanc vitam. Qm̃ de quocunq; pessimo in hac vita cõstituto:nõ est desperandũ:nec pro illo imprudẽter orat de quo nõ desperat. His verbis insinuat pctm̃ premissa diffinitiõe describtũ:tũc solũ debere dici ad morteꝫ vel in spiritũsanctũ:cũ nõ hꝫ comitẽ penitẽtiã:nec de aliquo peccatore desperandũ est in hac vita ꝛ iḋ pro omni eẽ orandũ. vñ illḋ Joh. nõ ꝓ eo dico vt quis oret:sic accipiendũ vr̃:vt pro aliquo peccãte ad mortẽ vel in spiritũsanctũ postq̃ȝ finierit hãc vitã nõ oremus. Dũ autẽ in hac vita est:nec peccatũ illiꝰ iudicare: nec de illo desperare:ſꝫ pro illo orare debemus. Vñ Augꝰ de ṽbis dñi de ipenitẽtia q̃ est blasphemia i spm̃sanctũ sic ait. Jsta ipenitẽtia vl cor ipenitẽs:q̃ȝdiu qsq; in hac carne viuit nõ põt iudicari. De nullo eni desperandũ est q̃ȝdiu ad pniam patientia dei adducit. Paganꝰ est hodie:iudeus infidelis est hodie: hereticꝰ ẽ hodie:scismaticꝰ ẽ hodie:qd si cras amplectat catholicã pacẽ:ꝛ sequat catholicã veritatem. Quid si isti quos i quocũq; genere erroris notas:ꝛ tãq̃ desperatissimos dãnas añq̃ȝ finiãt istã vitã agũt pniam:ꝛ inueniũt veram requiẽ ꝛ vitã i futuro. Nolite ergo añ tp̄s iudicare qcq̃. Ex his oñdit ꝓ singulis pctõribus i hac vita eẽ orãdũ:nec de aliquo eẽ diffitendũ q: cõuerti põt dũ in hac vita ẽ. Q: nõ nõ põt sciri de aliquo vtrũ peccauerit ad mortẽ vl in spiritũsãctũ:nisi cũ ab vita hac discesserit:nisi forte alicui p spiritũsanctũ mirabiliter reuelatũ fuerit. Ex p̄dictis aliquatenꝰ capi põt qũo accipiat pctm̃ in spiritũsãctũ. s. inuidẽtia grẽ fraternitatẽ ipenitẽtis oppugnãs:q̃ vtiq; obstinatio eẽ vr̃:ꝛ ois ipenitẽtiꝫ obstinatio atq; desperatio. Notandũ vero ẽ q nõ ois q nõ penitet ipenitẽs dici p̃t:q: ipenitẽtia proprie obstinati ẽ:ꝛ vt qdã volunt ẽt desperati.

¶ Alia assignatio peccati in spiritũsanctum.

De hoc quoq; peccato in spiritũsanctum amb. i lib. de spũſcõ disserẽs diffinitiã assignationẽ tradit dicẽs. Cur dñs dixerit:q blasphemauerit in filiũ hominis dimittet ei: q autẽ blasphemauerit in spiritũsanctũ neq; hic neq; in futuro dimittet ei. Diligenter aduerte:nũqd alia ẽ ostẽsio filij alia spũſsancti. Sicut vna dignitas:sic vna iniuria. Sꝫ si qs corporis specie deceptus humani remissius aliquid sentit de xp̄i carneq̃ȝ dignũ est:hꝫ culpam:nõ est tñ exclusus a venia. Si quis vero scispũs dignitatẽ maiestatẽ ꝛ p̄tãtem abneget sempiternã:ꝛ putet nõ i spũ dei eijci dmonia ſꝫ in beelzebub nõ põt ibi exhortatio eẽ venie vbi sacrilegij plenitudo ẽ. Satis h̄ apte explicat qd sit pctm̃ in spiritũsanctũ. Qḋ illi Augu. descriptioni cõgruere vr̃:qua illud peccatum dr̃ eẽ inuidẽtia grẽ oppugnãs fraternitatem. Qui eni post cognitionẽ veritatis scispũs veritatẽ negat eiusq; opa dicit eẽ beelzebub p̄tãti bonitati ꝛ grẽ dei iuidere nõ dubitat. Nõ vtiq; distictio illa verborũ sic accipiẽda est q̃si triũ psonaꝶ diuise sint offense:ſꝫ ibi peccatorũ genera distincta sunt. Peccatũ eni in patrẽ id intelligit qḋ sit p infirmitatem:q: patri scriptura freqũter attribuit potentiaꝫ Peccatũ in filiũ qḋ sit p ignorantiã:q: sapiẽtia filio attribuit. Tertiũ expositũ est. Qui ergo pecca

Aug. Aug. Amb.

go peccat p infirmitatẽ vel per ignorãtiã: facile veniã adipiscit: sz nõ ille q peccat in spm̃ sanctũ. Cũ autẽ vna sit potentia. sapia: bonitas triũ: q̃re pr̃i potentia: filio sapia: spũisãcto bonitas sepius assignetur superius dictũ est.

di. 43.

c

IRca distinctionẽ. 43. in qua magister agit de pctõ cõtra. s.s. sciẽdũ q̧ pctm̃ qñq3 cõmittit ex passiõe vel inclinatione appetit᷒ sẽsitiui cui volũtas. nata est cõdelectari. seu infirmitate aut ĩpotentia. z tale pctm̃ appropriate dr̃ esse ɔ̃ patrem eo q̧ sibi attribuitur vel appropriat potẽtia: Aliqñ vo cõmittit. pctm̃ ex ignorãtia z tale dr̃ eẽ ɔ̃ filiũ cui appropriat sapia. Aliqñ vero cõmittit ex sola electiõe mali qd̕ dr̃ ex certa malicia ꝑ3 scotũ: q2 volũtas ex libertate sua absq3 errore in ratione z absq3 passiõe ĩ appetitu sensitiuo peccat ibi inest plenissima ratio pcti: q2 nihil aliud a voluntate alliciẽs eã ad maluz z tale dr̃ eẽ ɔ̃. s.s. cui attribuitur bonitas. Nõ dr̃ aũt pctm̃ ex malicia ex eo q̧ volũtas peccãs tẽdat ĩ malũ ĩq̃tũ malũ: q2 ꝑ3 dyo. ni. de diuis noib᷒: nullus opat ad malũ aspiciẽs. sz q2 ẽ ibi plena malicia ĩq̃tũ volũtas ex plena libtate sine occasiõe extrinseca elicit malũ velle. ¶ Lz autẽ oẽ pctm̃ ex malicia posset dici in. s.s. pprie tñ dr̃ illõ

pctm̃ est ɔ̃ aliquẽ sex effectuum spũsci.

qd̕ est cõtra aliquẽ effectũ. s.s. appropriatũ spẽliter z directe. retrahẽtẽ ab electiuo amore pcti cuiuscũq3. ¶ Isti aũt effect᷒ sũt sex. Prim᷒ est spes de diuina mia ɔ̃ quẽ directe. z p se est desparatio. q̃ qdẽ nõ est discredere possibilitatẽ remissionis pctõꝝ. hoc eni3 ad ĩfidelitatẽ ptineret: sz cũ quis estimat suã iniquitatẽ tãtã eẽ q̧ nõ spat se vnq̃ ita digne posse penitẽ q̧ mia bonitatis diuĩe illã remitteret inĩqtatẽ. ¶ Scd̕s effectus est timor de diuina iusticia. ɔ̃ quẽ ẽ directe p̃sũptio nõ qdẽ q̃ qs de pprijs meritis p̃sumit q2 hoc ptinet ad supbiã. sz cũ qs ita p̃sumit d̕ diuina mia q̧ ɔ̃tẽnit ei᷒ iusticiã: vt si pctõr spet hẽre padisũ sine pnia q̃tũcũq3 male agat. vt ponit de lira. mat. 12. ¶ Terti᷒ effect᷒ ẽ cognitio v̾itatis fidei z moꝝ. ɔ̃ quẽ directe ẽ impugnatio veritatis agnite. cũ. s. ipugnat v̾itas nõ ex passiõe vereciidie. talis eni veritatis ipugnatio lz sit pctm̃ nõ tñ in. s.s. sz cũ veritas fidei. z morũ ex sola malicia volũtatis z electiõe ipugnat: vt si qs odit deũ, rõne iusticie. z ex hoc delectat ĩ cõtumelijs dei: z veritatis ɔ̃futatiõe. ¶ Quart᷒ effect᷒ est auxiliũ diuine grẽ. ɔ̃ quẽ directe est inuidẽtia supne grẽ. qd̕ p̃t cõtingere duplr̃. Vno᷒ cũ qs ĩuidet grẽ pximi reputãs bonũ pximi eẽ diminutiuũ sui pprij bõi. z sic ptinet ad pctm̃ ĩuidie nec ẽ pctm̃ ĩ. s.s. ĩfirmitas eni se imiscet cũ tali electiõe. Alio᷒ ex odio diuini honoris vel vniõis mẽbroꝝ eccl̕ie: z hoc ẽ pctm̃ ĩ. s.s. vt qñ tãta ẽ malicia ĩ aliq̃ q̧ displicet sibi d̕ grã dĩ crescẽte ĩ mũdo. ¶ Quintus effect᷒ ẽ dolor pcti cõmissi seu d̕testatio cuiuscũq3 rei ĩq̃tũ ẽ ɔ̃ reuerẽtiã d̕o d̕bitã: ɔ̃ quẽ ẽ directe propositũ nũq̃ penitẽdi a pctõ ɔ̃misso. z dr̃ finalr̃ ĩpnia.

quõ dr̃ peccatũ irremissibile.

dare vt esset qd ipse est: vel vt heret essentiaz quã ipse hz: cui hoc est esse qd posset. Dicunt eni si hanc potentiã alicui dare potuit: potuit ei dare creaturas creare: qz nõ est hoc maioris potentie q̃ꝫ illud ad qd dici põt qz potuit eis dare potentiã dimittẽdi pctã ꝛ nõ ipsam eandem qua ipse potẽs est sed potẽtiã creatã qua seruus posset dimittere peccata. nõ tñ vt auctor remissiõis. sed vt minister. nec tñ sine deo auctore. vt sicut in ministerio hz exterius sanctificare ita in ministerio hẽret interius mundare. ꝛ sicut illud facit deo auctore q cuz eo ꝛ in eo opaꝛ illud exterius: ita interi⁹ mũdaret deo auctore q eius verbo velut quodã ministerio vtereꝛ. Ita etiã posset deus p aliquẽ creare aliqua: nõ p eũ tanq̃ꝫ auctorem sed ministruz cũ quo ꝛ in quo opareꝛ sicut in bonis opibus nostris ipe opatur ꝛ nos: nec ipse tm̃ nec nos tantũ sed ipse nobiscũ ꝛ in nobis: ꝛ tñ in illis agẽdis ministri eius sum⁹ nõ auctores. Ita ergo potuit dare suo ptãtẽ dimittẽdi pctã in baptismo. i. vt in mũdatiõe interiori su⁹ cũ dño opareꝛ: non su⁹ sine dño: nec dñs sine suo: sed dñs cũ suo ꝛ i suo: sic in exteriori ministerio dñs opaꝛ cum seruo ꝛ in seruo. Uñ ꝛ dñs dꝛ sctificare ꝛ seru⁹: sed dñs inuisibili grã: seru⁹ visibili sacramẽto. Unde Augu. sup leuiticũ. Dñs ait. Ego dñs q sanctifico. Et de moyse etiã dictũ est: ꝛ sanctificabis eum. Sed moyses sanctificat visibilibus sacris p misterium: dñs aũt inuisibili grã p spiritum vbi est totus fruct⁹ visibiliũ sacrorꝫ. Sine hac sctificatione visibilia sacrã nil prosunt. Si quis hoc melius aperire poterit non inuideo.

Di. 5. q. 1. ꝛ 6. 5. c **Circa** distinctionẽ quintã. Quæriꝛ. vtrũ malicia ministri ipediat cõferre veꝫ baptismũ? ¶ Q̃d sic Ambro. in libro de informãdis rudib⁹. Baptism⁹ pfidorꝫ nõ mundat sed polluit. ¶ Preterea Ciprianus gloriosus martyr dicit ab heretico nõ posse ꝯferri verum baptismũ. vt dicit Aug. de vnico baptismo. ꝛ in ista snia finalr pdurauit. ꝛ tñ nõ est dãnatus sed martyr gloriosus effectus: igiꝛ ista snia nõ est erronea. ¶ In opp⁹ magr̃ in lrã. ꝛ Aug. ad orosiuz. Quãuis vnũ sit baptisma hereticorꝫ q in noie pris ꝛ fi. ꝛ. s. s. baptizant ꝛ eccle catholice: tñ q foris ecclam baptizanꝛ nõ sumunt ad salutẽ. ecclia aũt nõ eos baptizat. qz in noie trinitatis baptizati sunt. ¶ Ueritas q̃onis pꝫ ex auctoribus multis. qz quacũq3 malicia minister sit malus siue hereticus siue scismaticus siue morꝫ si intendat facere qd facit ecclesia ꝛ seruet modũ eccle veꝫ baptismuz confert. ꝛ iste baptismus veꝫ effectũ hꝫ in baptizato: nisi sit impedimẽtũ ex parte ipsius. Cui⁹ rõ est: qz sic placuit xpo instituere: vt Augu. colligit ex illa aucto. Jo. bap. Sup quẽ videris spũm descendẽtẽ. Sigdẽ baptismus talis est q̃lis is in cuius ptãte daꝛ: nõ qualis minister a quo daꝛ. hꝫ eni suũ effectuz a q̃cunq3 deꝛ: etiaꝫ si paganus baptizaret. de ꝯse. di. 4. Romanus. ¶ Ad primũ dico qz aut hereticus baptizat paruulũ in forma ꝛ itentiõe eccle. ꝛ nihil obest puulo. aut baptizat adultũ. ꝛ adhuc sibi ꝯfert sacrm ꝛ effectũ eius: si nõ est in adulto aliqs malus motus. puta ꝯsensus in heresim baptizãtis: ꝛ intentio vt fiat discipulus ei⁹: ꝛ de tali itelligẽda est auctoritas Ambro. Talis eni si recipiat characterẽ nõ tñ grãꝫ a pctõ purgantẽ. §. 3. ¶ Ad aliud de cipriano dico qz aliq̃ sunt ita de sbã fidei qz sunt explicite credenda maxie a maiorib⁹ eccle. vt dictũ est in. 3. de articulis fidei. Aliq̃ vero sunt q̃ de necio nõ sunt explicite credẽda nec a maioribus nec a minorib⁹ ꝛ cuiusmodi sunt multe cõclusiones virtualr incluse in articulis creditis q̃s nõ fuit necesse credere donec essent p ecclesiam explicite: sed sufficiebat qz hõ eẽt paratus eas tenere pro tpe q̃ essent declarate. Ad ppositũ dico qz baptismum esse sacrm ad salutẽ neciũ statim erat de necessitate fidei xpiane. veritas eni sacrorꝫ ptinet ad illũ articulũ: sanctã ecclesiam catholicã. sꝫ qz ab heretico posset ꝯferri: nõdũ erat expssuꝫ tpe beati cipriani. Uñ in hoc nõ errauit: qz ita sensit apud hereticos non eẽ baptismũ qz tñ pmpt⁹ erat sentire aliꝰ circa h⁹ qd ecclia declararet.

u **Ulterius** queriꝛ veꝫ malus minister peccet baptizando? Rñdet Tho. qz malus sacerdos baptizãs cũ solẽnitate quasi ministrũ eccle se exhibẽs: peccat mortalr qz vt ait Aug. in lrã. Iustos opꝫ esse tãti iudicis ministros. Si aũt simplr baptizet in articulo necessitatis nõ q̃si minister eccle. sed sicut vetula baptizare posset: nõ peccat mortalr. Et si arguas qz ipse teneꝛ baptizare. ergo si baptizãdo peccat erit pplexus. quod esse nõ potest. Rñsio: qz q̃uis ex officio competat sibi qz baptizet. debet officium suuꝫ iuste exercere. nec propter hoc erit pplexus: qz potest ꝯteri de peccato. tunc baptizare. Concordat Richardus. q. 2.

d **Deinde** q̃riꝛ veꝫ accipiẽs in se vl in alio baptismũ seu sacrm a malo sacerdote: peccet. Rñdet Tho. qz malus minister aut est ab ecclia pcisus vt suspensus vl excõicat⁹: aut nõ. Si sit pcisus. tũc peccat ab eo accipiẽs sacrã nisi in necessitate in qua posset etiã a pagano vel a iudeo suscipe. Si autẽ nõ sit pcisus ab ecclia nõ peccat ab eo accipiẽs sacrꝫ nisi p accidẽs scꝫ si eius peccato cõmunicet. De hoc magis videbiꝛ di. 18. agendo de participatiõe cũ excoicatis. Et si arguas. Sacerdos in aliquo casu peccat indigne baptizãs. igiꝛ ab eo exigens baptismũ ꝯsentit eius pctõ. ¶ Preterea esto qz sacerdos nõ velit baptizare sine precio. cõstat qz si datur ei pciũ: symonia cõmittiꝛ: qd sine pctõ fieri nõ põt §. 2. ¶ Ad primũ rñdet Tho. qz dato qz malus sacerdos peccet baptizãdo. nõ tñ opꝫ qz ille q ab eo recipit vel exigit baptismũ etiã extra casũ neciatis peccet. Poi q. 3. §. 3.

mo qr isti nō pōt esse certuʒ q̄ ille sit in petō mortali.
cū in vno instāti spūssctūs opret iustificationē impij:
Scdō qr petit qd iustū ē:qr a suo sacerdote dʒ sacra
recipe. nec pp̄ter hoc cogit vel inducit eū ad peccan/
dum:qr ille pōt reddere qd dʒ non peccādo. Vn̄ di/
cit Sco. q̄ petens magis necessitat sacerdotē ad pe/
nitēdū q̄ ad actū peccādi. Si aūt nō penitet:nihil im
putandū est ei q petit actū illū:qr non petit inquantū
petm̄ sed inquātū debitū. Nullus aūt malicia excu/
sat eū a soluēdo debitū quo tenet alteri:quare nō co/
opatur illi directe ad petm̄ mortale: ꝛ sic non peccat
petens baptismū a curato etiā publice vl' notorie ma
lo:vt pote publice fornicario:q̄diu ab ecclia pmittit
qr debitor est parrochie sue in sacris ministrandis.
Sacerdos etiā publice malus lʒ nō sit curatus: si me
lior non possit haberi est p̄ferendus bono laico quan
tum ad istū actū:qr officiū ministrandi sacra in eccle
sia cōpetit sacerdotibus. Hec Sco. Bonauen. vero
concordans dicit q̄ petens baptismū a malo sacerdote
nō peccat nec ꝯsentit eius peccato. Itē Rich. ¶ Ad
§.3. scdm dicit Tho. q̄ aut ille q est baptizādus est adul/
tus aut nō. Si est adultus:sufficit ei petere baptismū
ad salute:qr baptizat baptismo flamis:nec dʒ pp̄ter
hoc symoniā cōmittere. Si aūt sit puer q est baptizā
dus:tūc potius dʒ ipsemet puerū baptizare:q̄ p̄cium
pro baptismo sacerdoti symoniace dare. tn̄ licitū est
ei aquā emere: si alias aliquā habere nō posset:qr aq̄
non est sacrum q̄ad:ꝛ si sit sanctificata non opat ad
baptismū de necessitate eius existens q̄si sanctificata:
sed q̄si aqua:ꝛ ideo nō emit aquā sctificatā sed aquā.
Ponit casus. ¶ Sed:esto q̄ pater sit mancus vel mut⁹ ꝛ q̄ nullus
eēt q vellet paruulū suū baptizare in puincia:nec pos
sit aliquē habere ad hoc nisi emēdo baptismū? Dicit
Sco. q̄ dʒ potius permittere paruulū suum mori si/
ne baptismo:q̄ cōmittere symoniam:qr nō sūt faciē/
da mala vt inde veniāt bona. vt dicit Pau. ad Ro.
6. Et q̄libet dʒ magis diligere seipsum q̄ p̄ximū. ꝛ p
ꝯns magis in seipso vitare petm̄ mortale q̄ i alio dā/
nationē. Tn̄ iste casus ē difficili vel nūq̄ cōtingit:qn
sine symonia cōmitēda ex parte offerentis paruuluʒ
baptizandū posset haberi baptism⁹. Si eni ille sacer
dos vellet vēdere aquā suā:posset emi:esto etiā q̄ sit
ꝯsecrata:sʒ nullo mō habēdo oculū ad ꝯsecrationē:
qr tātū valeret n̄ ꝯsecrata q̄ ꝯsecrata. Sic eni lʒ vēde
re calicē ꝯsecratum:nullo mō habēdo oculū ad ven
dendū vel emendū ꝯsecrationē. Si etiā sacerdos ni/
tatur vendere actū baptizatiōis:pōt ille q offert pueꝝ
emere:non intendēs actū illū inq̄tum est sacralis:sʒ
laborem sacerdotis in actu illo. sicut ꝯducunt hodie
sacerdotes ad celebrandū missas:non q̄ ipsi vendāt
ꝛ alij emant actum celebratiōis inq̄tū est sacralis qd
absit:sed q̄ ipsi vendant laborē ꝛ alij emant eum:qr
opʒ vnūquēq̄ de suo labore talr' qualr' victitar. Hec
Sco. de quo magis videbit di. 25. agendo de symo/
nia. De preciso aūt dicit idem doctor Sco. q̄ si preci
sus sciret aliquē paruulū non baptizatū statim mori/
turum teneret eū necio baptizare. Hoc pbatur:qr si
inueniret eum expositū p̄iculo vite corporalis pp̄ter
famem:teneret ipm necio nutrire ad saluandū vitaʒ
corporalē. Magis aūt tenet diligere vitā eius spūa/
lem. Ex hoc infert q̄ precisus nō est vitādus in casu
necessitatis q̄tum ad istū actū. ¶ Et si arguas q̄ ec/
clesia p̄hibet cōicare cum p̄ciso in actibus sacralibus
q̄maxime. Rn̄deo q̄ illa p̄hibitio vīr intelligenda
est qn̄ preceptū maiorū non obligat ad ꝯtrium. Pre
ceptū aūt legis nature obligat ad saluandū vitā p̄xi/
mi corporalē ꝛ multomagis spūalem ꝛ p̄ceptū diui/
num ad suscipiēdū ꝛ ꝯferendū baptismū qd mai⁹ est
q̄ p̄ceptū ecclesie tantū. Nullus eni iudex in ecclia
vel legislator interp̄taret p̄ceptū suū esse seruāduʒ in
eo casu in quo vgeret ꝯ p̄ceptuʒ legis nature diuine.

u **Trum** aliqs sit baptizādus cū p̄sumi q.4.
tur baptizationē vergere in p̄i
culū eius? Ad hoc dicit Sco. q̄ nō. qn̄ certū
est q̄ ex nā talis act⁹ nata est mors subseq̄:vt si qs nō
habens aquā possit attingere p̄pellat aliū de ponte in
fluuiū vel proijciat in puteū talis eni peccaret morta/
liter. Et sic p̄iectus nō esset baptizatus vt dr̄:qr ablu/
tio ordinata est ad vitā ipsius abluti:nō sic ordinat ta
lis demersio. Esset igit in tali casu aliqs pānus demit
tendus in puteū vel fluuiū:si nō haberet vas in quo
posset aqua hauriri:ꝛ de illo pāno aqua exprimēda
qua baptizaret talis. Qʒ si sit p̄sumptio de morte ac
celerāda p baptismū eius:leuis est ꝛ forte irrōnabilis
vt pote si baptizādus est in mortis articulo ꝯstitut⁹.
Dicit q̄ habens ꝯsciaʒ de acceleratiōe mortis talis in
firmi p baptizationē eius hʒ ꝯsciam erroneā:q̄ si nul
lus alius assit q baptizet:facit eū pplexū. Nullus aūt
pplexus est ex lege diuina:sed pōt in casu eē pplexus
ex ꝯscia erronea. Nā si iste decedat sine baptismo dā
nat. ergo iste tenet de necessitate salutis si nullus ali/
us assit baptizare eū ne dānet. Si etiam iste stante ista
ꝯscia erronea q̄ baptizādo acceleret mortē baptiza/
ret peccaret mortalr':qr s̄m ꝯsciam suā facit homici/
diuʒ. ergo necesse est si nullus ali⁹ assit q possit bapti
zare:dimittere istam ꝯsciam:qr in casu isto nulluʒ est
aliud remediū vitandi petm̄ mortale. Pʒ aūt rōna/
biliter q̄ illa presumptio est fatua ꝛ irrōnabilis:qr nō
multū noceret etiā grauiter ifirmo paꝝ asp̄gi aqua in
capite:ꝛ si forte frigida noceret:tepida nō noceret:qr
paruuli tenerrimi p remedio balneant aqua tepida.
Sʒ nunq̄d baptizās cū ista ꝯscia erronea est irregula
ris si postea mors sequat ¶ Rn̄deo q̄ nō : qr s̄m rei
veritatē nō est homicida. tn̄ post mortē illi⁹ baptiza/
ti stāte tali ꝯscia tenet se hēre tāq̄ irregularē:qr se hʒ
tanq̄ homicida:sed cessante illa ꝯscia nō opʒ dispen
sationem querere:qr nunq̄ fuit irregularis.

¶ Quibus liceat baptizare. Di. vj.

n **Unc** qb⁹ liceat baptizare ad/ Isido. li. offi.
damus. De hʒ Isidorus
ait. Cōstat baptismū solis sacerdoti
bus eē traditū:eiusq̄ ministerium:
nec ipsis diaconis implere est licitū absq̄ epi
scopo vl' p̄sbytero:nisi his procul absentibus

vltima

vltia lāguoris cogat necessitas qđ etiā laicis fi delib⁹ p mittit ex ɔcilio chartaginēsi qnto. Itē mulier q̄uis sancta baptizar nō p̄sumat:nisi necessitate cogēte. De illis vo q ab hereticis baptizant vtr baptizādi sint q̄ri solet. Ad qđ breuiter dicim⁹ q: qcunq̄ sit q baptizet si sua tur forma a xp̄o tradita ver baptismū dat ⁊ iō q illū sumit nō dz rebaptizari. Vn̄ Beda. Si ue heretic⁹ siue scismaticus siue facinorosus q̄sq̄ in cōfessiōe sancte trinitatis baptizet:nō valet ille q baptizat⁹ est a bonis catholicis re baptizari ne ɔfessio ⁊ trinitatis inuocatio vi/deat ānullari. Itē Aug. Quāuis vnū sit baptis ma ⁊ hereticoꝝ.s.eoꝝ q in noie patris ⁊ filij ⁊ sp̄ūsc̄ti baptizāt:⁊ eccl'ie catholice tn̄ q fo ris ecclesiā baptizant:nō sumūt ad salutē ba/ptismū:sꝫ ad pnicie formā h̄ntes sac̄ri:virtu/tē aūt ei⁹ abnegātes:⁊ iō ecclesia nō eos reba/ptizat:q: in noie trinitatis baptizati sūt:⁊ ipsa est forma sac̄ri. Itē. Rebaptizare hereticuꝫ q hec sctificationis signa pcepit:oino pctm̄ ē: catholicū vero imanissimū scelus est. Ex his apte colligitur q q etiam ab hereticis bapti/zati sūt seruato charactere xp̄i rebaptizādi nō sūt:sed tantū ipositiōe man⁹ recōciliādi vt spi ritūsctm̄ accipiāt:⁊ in signū detestatiōis here ticoꝝ. Sūt tn̄ nōnulli doctoꝛ vt ciprian⁹ ⁊ alij qdā q dicere vident ab hereticis nō posse tra di baptismū:⁊ eos eē rebaptizādos cū veniūt ad ecclesiā q ab illis dn̄r baptizati. Sed lꝫ de illis ver est q extra formā ecclesie baptizare p̄ sumunt. Ciprian⁹ tn̄ ibi a v̄itate d̄uiasse videt q ait de heretico qm̄o sctificare aquam pōt cū ipse imundus est:⁊ apud quē sp̄ūsctūs nō ē: cū dn̄s dicat in lege. Quecūq̄ tetigerit imun dus imunda erūt. qs pōt dare qđ ipse nō hꝫ? Hoc ḡ ex ignorātia eū dixisse Augu. inuit di/cens. Martyrē Cyprianū gloriosum q apud hereticos vel scismaticos datū baptismū nole bat cognoscere dū eos nimis detestaret: tanta ei⁹ merita vsq̄ ad triūphū martyrij secuta sūt vt ⁊ charitatis q̄ excellebat luce obūbratio il la fugaret:sꝫ si qd purgandū erat passiōis fal/ce tolleret. Nec nos q baptismi v̄itatē ⁊ here ticoꝝ iniqtatē agnoscim⁹:iō cipriāo meliores sum⁹:sic nec petro. q: gētes iudaizarī cogim⁹

Utrꝫ rebaptizādi sīt q ab hereticis baptizati sunt

Beda.

Augu. ad q. Orosij.

Augu. ad maxi

Opio q̄ rendaꝫ

Augu. de vnico baptismo.

¶ Hieronymus super ep̄lam ad romanos.

Hoc aūt sciendū est q lꝫ ter imergat p̄/ter mysteriū trinitatis:tn̄ vnuꝫ ba ptisma reputat. Illud etiā ignorādū nō est q in materno vtero nullus baptizari pōt etiaꝫ si mater baptizet. Vn̄ Isidor⁹ Qui in maternis vteris sunt:baptizari nō p̄nt:q: q nat⁹ adhuc sm̄ adā nō est:sm̄ xp̄m non pōt renasci:neq̄ regn̄atio in eū dici pōt in quē gn̄atio nō p̄cessit. Itē Aug. Nō pōt q̄sq̄ renasci ante q̄ȝ nat⁹ sit. Si vero opponit de Hieremia ⁊ de Johe baptista q ab vtero sctificati legunt:qđ etiā de Jacob qdā putant. Dicim⁹ si sctificatio ibi accipit interior emūdatio in miraculis dine po/tētie eē habēdū:vt Aug. ait ambigue sup hlo quēs. Si vsq̄ adeo inqt in illo puero accele/rat⁹ est vsus rōnis ⁊ volūtatis vt intra mater na viscera iā possꝫ agnoscere ⁊ credere qđ in alijs puulis expectat etas vt possint i miracu lis:habēdū eē dine potētie nō ad humane tra hendū exēplū nature. Nā qn̄ voluit de⁹ etiaꝫ iumētū locutū est. Jō de Hieremia legit. Pri us q̄ȝ exires de ventre sctificaui te. Illa tn̄ scti ficatio q̄ efficimur tēplū dei nō nisi renatoꝝ est. Nisi eni qs renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ sp̄ūsctō nō pōt intrare in regnū dei. Nemo aūt rena/scit:nisi pri⁹ nascat. Vn̄ illa sctificatio pōt sm̄ p̄destinationē accipi. Ecce vi dubitanter loq q etiā in eodē dicit. Nō dictū ē q: credidit in/fans i vtero:sꝫ exultauit. nec helisabet dicit ex ultauit in fide sed exultauit in vtero meo. Et potuit eē hec sctificatio tante rei a maiori co/gnoscēde indiciū nō a paruulo cognite absq̄ assertiōe. De hac sctificatione loqtur:nō diffi niens q̄liter itelligēda sit illa sctificatio an sit signū future rei:an veritas iustificatiōis p sp̄i ritū facte. Sed meli⁹ est vt dicam⁹ illos preter cōem legē in vteris iustificatos:⁊ gr̄a preuen tos:dimissis oibus peccatis:quod etiaꝫ mul/tis sanctorum testimonijs edocetur.

Q̄ nullus i materno vtero baptizat

Augu. ad dardanum

De Joā. bapti.

¶ Si baptismus sit verbis corrupte p̄latis.

Queri etiā solet si corrupte p̄ferātur verba illa an baptism⁹ sit? De hꝫ zacharias bōifacio scribit. Retulerūt mihi nūcij tui q fuerit sacerdos i eadē puicia q la/tinā liguā pēit⁹ ignorabat ⁊ dū baptizarꝫ nesci us latini eloqj ifrigēs liguā diceret baptizato te i noie patria ⁊ filia ⁊ sp̄ūs sancta:⁊ pp hꝫ ɔsi derasti rebaptizare. Sꝫ si ille q baptizauit nō errorē iducēs vel heresim:sꝫ p sola ignorātia romane locutiōis ifringēdo linguā baptizās dixisset:nō possum⁹ ɔsētire vt dnuo baptizet.

¶ Leo papa.

Preterea sciendū est q̄ illi de qbus nulla extāt iudicia iter ꝓpinquos vel domesticos vel vicinos a qb⁹ baptizati fuisse docent agēdum est vt renascant ne peant in qb⁹ qḋ non ostendit gestum: ratio nō sinit vt videat iteratū. Conferendū eis vi det qḋ collatū eē nescit: q: nō temeritas iteruenit presumptiōis vbi est diligētia pietatis.

¶ De illo q pro ludo imergitur.

Solet etiā queri de illo q iocans sicut mim⁹: cōmemoratiōe tantū trinitatis imergit: vtrum baptizat⁹ sit? Hoc aūt Aug. nō diffinit ita ingens. Si totū ludicre ꝛ mimice: ꝛ iOculariter ageret: vtrū approbandus esset baptism⁹ q sic daret: diuinū iudiciū ꝑ alicuius reuelatiōis miraculū oōne implorandū esse censerē. Uidet tñ sapientib⁹ nō fuisse baptisma: vt cū aliq in balneū vel in flumen mergunt in nōie trinitatis: nō est tñ baptismus: q: nō intētione baptizādi gerit. Nā in hoc ꝛ in alijs sacr̄is sicut forma est seruāda ita ꝛ intētio illud celebrādi est habēda. Illud etiā nō te moueat qḋ qdā nō ea fide paruulos ad baptismū ferunt: vt ꝑ spiritū ad vitā regenerēt eternā: sed eos putāt hoc remedio tpalez accipe sanitatē: nō eni ꝑpterea illi nō regenerant: q: nec ab illis hac intentiōe offerunt.

Aug. in li. ḋ baptismo.

Augu. ad bōl facium.

¶ Leo papa.

Agnoscēdū est etiā in baptizādis electis duo tpa eē seruanda. i. pascha ꝛ pētecosten. vt in sabbato pasce vel pentecostes baptismi sacr̄z celebretur. Qui vero necessitate mortis vel ꝑiculi vrgētur: omni tpe debent baptizari.

¶ De responsione patrinorum.

Porro cuncti ad baptismū veniētes fidē suā ꝓfiteri debent ꝛ exponere qd petēdū venerint ad ecclesiā. Uñ etiā a baptizādo querit: qd venisti ad ecclesiā petere? Qui si adult⁹ est ꝑ se rñdet fidem. i. sacr̄z fidei ꝛ doctrinā. Ita etiā ꝑ singula interrogatus rñdet se credere in patrē ꝛ filiū ꝛ spūm sanctum. Si aūt paruulus est nō valens credere vel loq: alius ꝑ eo rñdet. Uñ Isidorus. Paruuli alio ꝓfitente baptizātur q adhuc loq vel credere nesciunt: sicut etiā ꝑ egris: mutis vel surdis alius ꝓfitet dum baptizant. sic ꝛ de penitentib⁹ agendū est. Si vero pro eog rñdere pōt alius rñdeat: nō indē valet sicut dictuz est. Etatē hz pro se loquat. Si vero querit ex quo sensu pro paruulo dicat credo ꝛ fidē peto. Dicim⁹ de sacr̄o fidei id esse intelligendū. qḋ rñdet petere cū desert ad eccl'iam ꝛ habere cum baptizat: vt sit sensus cū dr̄ fidē peto. i. sacr̄m fidei presto sum recipe. credo. i. sacr̄m fidei suscipio: quod ē: hic paruulus presto est sacr̄m fidei accipe. Uñ Augu. Nihil est aliud credere q̄z fidē habere: ꝛ ideo cū rñdet credere paruulus q fidei nondū effectū hz: rñdet fidem habere ꝑpter fidei sacr̄m: ꝛ cōuertere se ad deū ꝑpter ꝯuersiōis sacr̄m. Sed adhuc q̄ritur ex quo sensu pro paruulo rñdeat credo in deū patrē. ꝛ in iesum xp̄m ꝛ in spm̄sctūm. Nunqd de sacr̄o fidei an de fide mētis ibi agitur? Si de sacr̄o cur noiatī distinguunt ꝑsone. Si vero de fidei affectu qūo verū est cū ea paruulus careat? rñdetur. An illud facturus paruulus spōdet cū creuerit: sicut ꝛ oīb⁹ pōpis diaboli spondet abrenūciare: qḋ si nō seruauerit fact⁹ adultus tenebit ipse vel sponsor. Sane etiā dici pōt ibi sponderi pro paruulo: q̄ ad maiorē etatē si venerit: ꝛ pompis diaboli renūciabit: ꝛ sanam fidē tenebit: cuius tunc sacr̄m recipit. Hac aūt sponsione paruulus ꝑ quo fit tenebit nō spōsor: si tñ vt cautio impleatur: q̄ztū in se est: opam dederit: q: exigit a patrino vt sit diligens circa eū pro quo spopondit sollicitudo. De hoc Augu. Certissimam emisistis cautionem qua renunciare pompis diaboli spopondistis.

Isido.

De sensu illoꝝ verboꝝ

¶ De cathecismo ꝛ exorcismo.

Illa aūt iterrogatio ꝛ rñsio fidei fit in cathecumino cui addit exorcism⁹. Añ baptismuz eni fit cathecismus ꝛ exorcismus. post cathecismū seqtur exorcismus: vt ab eo q iam fide instruct⁹ est aduersaria virt⁹ pellatur. Exorcismus de greco dr̄ in latinū adiuratio Cathecismus istructio. Cathecizare est instruere: vt ḋ symbolo ac rudimētis fidei. Exorcizare est adiurare: vt exi ab eo spiritus immunde. Symbolū est signū vel collatio. Signum q: eo fideles ab infidelibus discernunt. Collatio q: ibi toti⁹ fidei sufficiētia ꝛ itegritas est collata. Cathecismus ꝛ exorcismus neophitorum sūt magisq̄ sacr̄alia q̄z sacr̄a dici debēt. Neophitus nouiti⁹ interptat vel rudis ꝛ dr̄ neophitus nuꝑ ad fidē ꝯuersus: vel in disciplina

plina religiose ꝯuersatiõis rudis. Hec ergo ꝓ
cedũt baptismuȝ nõ ꝙ sine istis nõ possit esse
baptism⁹ ver⁹: sȝ vt baptizãdus de fide instruaṫ
⁊ sciat cui debitor fiat deinceps: ⁊ vt diaboli po
Raba- testas in eo minuaṫ. Unde rabanus. Ante ba
nus d' in ptismũ cathecizãdi deberet in hoie preuenire
structio officiũ vt fidei cathecumin⁹ accipiat rudimẽ
ne cleri tũ ⁊ sciat cui debitor fuit deinceps. Itẽ Aug.
corum. Paruuli exufflanṫ ⁊ exorcizanṫ vt ab eis pel
Aug. i lan̄ potestas diaboli ne iam cõtendat eos sub-
li. d' sim uertere ne baptismuȝ cõsequanṫ. Nõ ergo ab
bolo. infantibus creatura dei exufflatur vel exorci-
zatur: sed diabolus vt recedat ab hoie.

q. 1. c Irca distinctionẽ. 6. Queriṫ vtrum so-
lus sacerdos possit baptizare?
Nõ sic ysido de officijs. Cõstat baptisma
solis sacerdotib⁹ traditũ. ¶ In opp^m. pa
ganus põt baptizare de cõse. di. 4. Romanus. ergo
multo magis qlȝ xp̄ianus. ¶ Hic dicit Sco. ꝙ cũ
oporteat hoiem baptizantẽ abluere baptizatuȝ qđ est
actiue corpus eius facere ꝯtingi ab aqua: ⁊ hoc vel ꝑ
motionẽ corpis ad aquã vt pote imergendo vl' ꝑ mo
tionẽ aque ad corpus puta infundẽdo vel aspgẽdo
neccio in baptismate pp predicta reqriṫ virt⁹ motiua.
Cũ etiã oporteat ministrũ pferre verba i qb⁹ ẽ forma
Minister necesse est ipm habere vsum rõnis. Simplr igiṫ nul-
baptis. lum suppositũ nature intellectualis excludiṫ a posse
quis sit. baptizare: nisi ꝓpter aliqđ istorũ triũ defectuũ. Cũ igiṫ
mlti nõ sacerdotes hec tria hñant: seqṫ ꝙ simplr pñt
baptizare. Dixi aũt gñaliter suppositũ nature intelle
ctualis: qꝛ si bon⁹ angelus baptizaret in corpe assum
pto: supponẽdum est esse verũ baptismũ: qꝛ non face
ret nisi de pcepto dei. nec talis eẽt iterũ baptizãdus.
sicut michael phibuit epo dedicare ecclesiã suã i mõ
te gargano: asserens eam a se fuisse dedicatã. Si etiã
malus angelus in corpore assumpto baptizaret ⁊ cõ
staret ꝙ eẽt de pcepto dei: talis habẽd⁹ eẽt ꝓ baptiza-
to: qꝛ opȝ malũ angelũ etiã inuitũ obedire deo: sȝ h⁹
nõ esset sine certa reuelatiõe sup hoc habita credẽdũ:
qꝛ nisi artareṫ pcepto diuino: supponẽdũ esset ipm in-
cõplete agẽ ea que eẽnt necc̃ia ad salutẽ baptizati. Ge
neralr etiã ꝯgruum est ab hoie viatore fieri baptismũ
nõ ab angelo: qꝛ ꝑ susceptionẽ baptismi efficiṫ hõ mẽ
brum ecclesie militãtis. igiṫ ꝯgruum est hoc fieri ꝑ ali
quem de illa ecclesia: ⁊ ꝙ maxie ꝑ habentem auc̃tez
in collegio ecclesie cuiusmodi sũt sacerdotes qb⁹ so-
lis hoc ꝯgruit ex officio. Per hoc pȝ ad auct. isid.
loqtur eni de officio baptizandi qđ soli est sacerdoti
cõmissum. Hec Sco. Nõ sacerdos autẽ pter casum
necessitatis baptizãs grauiter peccat. fm Bonauen:
⁊ Ric. Mulier vo viro psente ñ dȝ baptismũ ministra
re nisi cogat necc̃itas. de ꝯsecratione dis. 4. Mulier.

q. 2. u Trum plures possint siṁ eundẽ bapti
zare? Rñdet Sco. ꝙ si vterqȝ
totũ facit est talis baptizatus: qꝛ nõ est verisi-
mile ꝙ vnus faciens ãnullet factũ alterius: sed si tñ
vnus faceret qđ facit factũ eẽt. igiṫ nihil minus factũ
est altero silr faciẽte. Si aũt vnus puta mut⁹ abluat:
alius aũt puta mancus verba pferat: nihil sit. pferẽs
enim verba significat se abluere ⁊ tñ non abluit: ⁊ sic
oino illa est falsa. non debet autez esse falsitas in ora-
tione que ẽst forma sacramenti.

a Nidem possit plures manifeste disti q. 3.
ctos simṁ baptizare? Rñdet
Sco. ꝙ ꝯcediṫ ꝙ plures simul aspgẽs ⁊ fun
dens ⁊ simul pferens formã in plurali dicẽdo bapti-
zo vos: baptizat oẽs simul: tñ peccat mortalr nõ ser-
uando formã traditã ab ecc̃lia: nisi forte esset tãta ne-
cessitas ꝙ si singulos baptizaret singilatim: aliqs eorũ
esset mortuus anteq̃ alios baptizasset. Non eni vide
tur ꝙ ecc̃lia voluerit aliquẽ ita pcise ad istã formã ar
tare ꝙ ꝑ hoc alicui precluderetur via salutis.

q Uid de monstro habente pluralitatẽ ca
pitum vel mẽbrorũ aliorũ? Rñdeo q. 4.
ꝙ si certitudo põt hẽri ꝙ sint tot partes ad di
stinctas psonas ꝑtinentes: pfundenda est ista ⁊ illa cũ
iteratiõe forme in singulari sup vtrãqȝ. Si aũt certitu
do nõ possit hẽri: baptizandũ est saltẽ in illis partib⁹
que principalr ꝑtinent ad vnũ cũ forma in singulari.
Et scđo abluẽde sunt alie partes que nõ videnṫ prin
cipalr ꝑtinere ad baptismũ. ⁊ hoc cũ illa forma q̃ ser
uanda est in illis de qb⁹ est dubiũ. que poniṫ extra de
baptismo ⁊ eius effectu. De qb⁹. Est aũt signũ euidẽ
tissimũ discernẽdi duas eẽ aias ꝑ actũ intellect⁹ ⁊ vo-
luntatis. puta ꝑ scire ⁊ nescire: ꝑ velle ⁊ nolle de eo-
dem: sȝ illud nõ põt iudicari nisi de monstro adulto
q̃le dr fuisse in francia habẽs duo capita quorũ vnũ vo-
lebat ꝯtinere ⁊ sobrie viuere. aliud vo lasciuire ⁊ epu
lari: ⁊ cũ vnũ ꝑ eos suũ excederet: reliquũ clamabat
se grauari: sȝ aũt sit ꝓbabile si sint duo capita eẽ duas
aias: non tñ est oino certum. fm Scotuȝ.

u Trum oporteat siṁ esse ablutionẽ ⁊ ꝓ- q. 5.
latione verborũ? dicit Aug. su-
ꝑ Ioã. ꝙ sic hẽ. i. q. j. Detrahe. Accedit ver
bum ad elemẽtũ ⁊ fit sacrm. Cuius rõ principalis est
institutio xp̄i instituẽtis hec duo tanq̃ vnũ signũ cõ-
pletũ ita qđ neutrũ eẽt sine alio. Nõ est aũt fm Ric. ⁊
Sco. necc̃ia simultas vltimi instãtis ꝓlationis verborũ
⁊ ablutionis: sȝ qdã iuriste hoc dicãt. Apl̄i nãqȝ ba-
ptizantes tria milia vno die: act. 2. non semp cũ vlti-
ma syllaba forme aspserunt: ita ꝙ tũc tangerẽt aqua
baptizatũ. nec voluit nos xp̄s obligare ad tam subti-
lem simultatẽ quam vix posset hõ ꝑcipe vel seruare
sed sufficit ꝙ vnũ incipiaṫ anteq̃ aliud totaliter terie
tur. Ita. s. ꝙ prolatio nõ finiaṫ añ inceptionẽ ablu-
tionis: nec ablutio ante inceptionẽ ꝓlatiõis. Et notã-
dum ꝙ opȝ baptizantẽ psonalr distingui a baptizato
ex de baptismo ⁊ ei⁹ effectu. vtrũqȝ eni exprimit xp̄s
dicẽs apl̄is. Ite baptizãtes eos in noie patris ⁊ filij ⁊
spũssc̃ti: vnde non a se sed ab alio voluit baptizari.

u Truȝ in baptizãte requiraṫ intẽtio bapti-
zandi? Nõ nõ: qꝛ nõ habẽs fidez q. 6.
põt baptizare. de ꝯse. di. 4. Roman⁹ sȝ talis ʃ. 1.

nō h3 intētionē: q: nullus vult fieri qđ nō credit pos se fieri. Preterea Aug. sup Ioā. nō timeo ebriosū in actu baptizādi: s3 pfecte ebrius nō pōt habere vsū rōnis. igit nec intētionē. Oppositū magister in lrā.

§.2. ¶ R ñdeo q: in baptizāte reqritur intentio. sufficit aūt q: intēdat facere illud qđ ecclia facit. Est aūt triplex intētio fm Sco. sc3 actualis: habitualis ꝛ virtualis. Ille eni dr actualr intēdere q h3 actū elicitū respectu huius qđ intēdit. Dr aūt intendere habitualr q h3 habitum ipm inclinantē ad talē actū. Uirtualr vero dr intendere q in virtute alicuius intētionis habite actualr facit oia q̄ facit: vt si aliqs intēdit in pn°ce lebrare missam: ꝛ pferendo verba sacri distrahit non h3 actualē intētionē: q: tūc est distractus. nec tantū h3 habitualē: q: talē h3 dormiens: sed h3 virtualem que se h3 medio modo. Ad ppositū dico q: sola intētio habitualis nō sufficit in baptizante: sumendo ipsam mō pdicto talis eni est in dormiēte vt dictū est. Nec reqrit intentio actualis: q: deus nō obligat hoiem in exequendo actus sacrorum ad impossibile seu nimis difficile. cuiusmodi est nō distrahi: q: fm Augustinū tertio de libero arbitrio. Non est in ptāte nostra qb° visis tangamur. Sufficit igit in baptizāte intentio virtualis: hoc est q: aliqñ habuerit intentionē actualē ex qua nunc descēdit actus baptizādi absq3 ol motu voluntatis 9rio interueniēte. Poss3 aūt ista intētio virtualis dici habitualis sumēdo habituale3 large sicut sumit quarta distinctiōe. Ad primū argm dico q: nō habens fidē de fine vltimo nō intēdit istum ordinare p baptismū ad finē vltimū. Credens tñ ipsum posse ascribi secte christianoꝝ siue credat illā sectam valere siue nō: pōt intendere ascribere illū illi secte ꝛ gñaliꝰ intēdere facere p illū actum qđ xpiani intendūt facere circa eos quos baptizant. Ad scđm dico q: p ebriosum accipit ille q est assuetus ad ebrietatē. talis aūt assuetudo nō impedit qn baptismus ab eo collatus sit bonus. Non tñ qñ est ebrius. ꝛ hoc dico pfecte vt totaliter impediat vsus rationis: sed alias quādo non est impeditus potens vti ratione.

d **Einde** quero. vtr3 baptismus possit iterari? Et videt q: sic: q: euchari

q.2. stia pōt iterari que est sacrm excellentissimū.

§.1. igit ꝛ baptismus. ¶ In oppm de conse. di. 4. Rebaptizare hereticū q hec signa sctitatis pcepit. oino est pctm. catholicū vero imanissimu3 scelus est. ¶ Ad

§.2. qōnem tenet ab oib° pro certo q: nō l3 iterare baptismum: ꝛ si iteret de facto nō h3 effectu3. Cuius rō est institutio diua q̄ est rōnabilis. tū q: morbus 9 quē est institut° nō est iterabilis sc3 pctm originale. tū q: eius iteratio eēt incentiuū delinquēdi pp̄ter remissionē pene ꝛ culpe que ibi ɔfertur. Qđ aūt arguit de eucharistia: dico q: l3 idem possit frequēter cōicare: nō tñ sup eandē mām l3 iterare verba ɔsecratiōis. ¶ De pe

§.3. na aūt iterantiū baptismū dicit Sco. q: iterari pōt vl iterū ɔferendo vel iterū suscipiēdo: ꝛ siue sic siue sic aut scienter aut ignorāter: ꝛ qdem ignorāter poss3 dupliciter. vel ignorātia iuris vel facti. Ignorātia aūt iuris in facto isto siue in ɔferente siue in suscipiēte: non excusat. Qñ eni sup aliquo qđ est de iure diuino illicitum addit pena canonica vt id amplius euitet: non est necia ad hoc vt incurrat illa pena canonica sciētia iuris canonici: sed sufficit q: teneat scire pceptū diuinum. ꝛ si illud transgrediat: incurrit penā canonicā etiā si nesciat a iure canonico penā esse inflictā. Hoc eni mō pcutiēs clericū: q: facit 9 pceptum diuinū de charitate fraterna. ꝛ si nesciret sniam latā a canone sup tali facto: tñ incurrit eā. Et occidēs hoiem l3 nesciret canonē punientē occidentē pena irregularitatis: tñ fit irregularis: ꝛ eodē mō in oibus istis; q: talis dat opam rei illicite. de qua re d3 scire q: sit illicita. Et si nesciat. nullo mō eam d3 exeq quousq3 ɔsulat pitos p quos sciat ipsam illicitā. Loquēdo vero de ignorātia vel scia facti hoc est q: sciatur vel ignoretur istum eē baptizatū ꝛ nūc iterū baptizari dico q: si isto modo sciēter est iteratio: suscipiēs ꝛ ɔferēs est irregularis: sicut habet extra de apostatis. Ex lrārū. Sed dña est si publice fiat vl in occulto. Qtū ad hoc eni facilius dispēsat in vna irregularitate q̄ in alia. In priuata forte p epm: in publica nisi p papā. vt p3 ibi. ꝛ intelligit hoc si sit iteratio absolute. Si eni3 pp aliqđ dubiū verisimile vtat aliqs forma illius capituli. De qb° est dubiū. non est irregularis. Si aūt fiat ista iteratio ignorāter: dr q: suscipiēs iterato l3 ignoranter: est irregularis. qđ pbatur p illud de cōse. di. 4. Qui bis. vbi dr: q: q ignorāter bis baptizati sunt: nō indigēt p eo penitere: nisi q: fm canones ordinari nō pñt: nisi magna necessitas cogat. Et p3 q: istud cap. loqtur de ignorātia facti. si eni esset de ignorantia iuris: oporteret penitere. Nec illud qđ subditur. magna necessitas. tollit qn talis sit irregularis. Illđ eni addit pp̄ter hoc q: in tali necessitate esset dispēsandum cū eo. Istud dicerēt canoniste. Sed non videt maioris ponderis fm rōnē de baptizato q̄ de baptizante: q: scđo baptizās ignorās prius ipm esse baptizatū: nō est irregularis. Non eni tenet qsq3 sacerdos facere strictā inqsitione3 an vetula baptizauerit paruulū in domo. Nō videt aūt magis puniēdus q scđo baptizat ignorāter: q̄ q scđo baptizat: imo minus: q: iste videt querere salute3 suam ne sit in dubio. Necq3 etiā auctē h° capituli. Qui bis. vī satis certa. Nullus eni pōt infligere irregularitatē toti ecclie nisi caput totius ecclie. Illud aūt capitulu3 sicut intitulat ibi accipit ex pniali theodori q fuit epꝰ cātuarie. igit in quātū est h° auctē: nullū robur h3 ad infligēdū penā irregularitatis. igit op3 dicē q: qđcūq3 icorporatū in corpore decretoꝝ a Gratiano: ɔfirmatū sit a papa: vel multa talia ibi posita nō ligant totā eccliā3. Uñ aūt possit doceri q: papa oia illa capitula ibi posita ɔfirmat: nō est manifestū. nec etiā eo modo quo est manifestū de oibus capitulis positis in decretalib°. Ibi eni in phemio Grego. nonus scribēs doctorib° in iure canonico mādat q: ɔtēti sint in scholis ꝛ in iudicijs hac cōpilatiōe. Et Bonifaci° octauus in phemio sexti libri mādat q: de ɔstitutionib° editis a tpe Gregorij noni vsq3 ad tps suū ille solū robur hēant q̄ ibi iserte sūt. ¶ Et si dicas q: l3 theodorus nō potuerit ɔdere inuitū

tñ inuit papā ɔdidisse cū dicit canones. ¶ Rñsio. Hoc deberet glosator apponere. qr hic est glosa necessaria. sed nullā ponit ostendendo vbi sit canon sup hoc editus. Unde hic sicut in alijs multis locis p3 inutilis occupatio glosarū in iure canonico. q multiplicant ɔcordātias τ auctes ad vnū vocabulū: τ postea in fine nihil ad ppositū. τ alibi vbi est etiā verbū maximi pōderis a quo depēdet vis totius capituli. trāseunt pede sicco. sicut p3 de ber. in multis decretalib⁹. vbi ponit illud verbū sub interminatiōe anathematis. Verbigratia. de sagittarijs disputat an ista verba exprimant sniam latam vel sit tantum cōminatio ibi mittit τ remittit. τ nihil ɔcludit. Possz igit dici q̄tum occurrit q ignorātia facti dñi nō sit trufatica sed pbabilis sicut totalr excusat ɔferentes a pena ista: ita suscipientē. Nr eni pena canonica nō incurrit: nisi a latore canonis inferat. Ubi igit nō inuenit ex vi verboꝝ inflicta: simplr dicendū q nulla est. Nō eni verba constitutionū penaliū sunt ampliāda sed restringenda iuxta illam maximā iuris. Pene nō sunt ampliande: sed restringende. Hec Scotus.

q. 8. §. 1. Utrum in baptismo imprimat character? Qd nō. Circuncisio non impressit characterē: ergo nec baptism⁹: ɔña p3: qr circuncisioni successit baptism⁹ tanq̄ remediū ɔ eūdē morbū. ergo vtriqz cōpetebat similis effect⁹. Añs pbat: qr ille character circuncisiōis fuisset eiusdē rōnis cū charactere baptismali: τ tūc sequeret q circūcisus nō esset baptizādus: qr duo accidentia eiusdē speciei nō pñt eē i eodē subiecto. 5. metaphysice ɔñs est falsum. vt p3 ex pcedentibus. ¶ Preterea. character si imprimat nō est sba: qr aduenit post esse completu3. nec accñs p se vel nectio inherens: qr nō cāntur ex principijs subiecti. ergo esset accñs p accñs: sed oē tale est separabile: ergo character est separabilis τ delebilis ab aīa. cuius opp^m tenent oēs ponētes characterem in aīa.

§. 2. In opp^m est dionysius de angelica hierar. τ dam. li. 4. Item baptismus est sacrm initerabile. vt p3 ex preced. ergo iprimit aliquē effectū indelebilē: qr si oīs ei⁹ effect⁹ posset deleri: posset iterari. s3 nullū effectū idelebilē nisi characterē igit. ¶ Rñsio.

De⁹ character. Character gnāliter idem est q figura. In pposito aūt character est quoddā signū spūale impressum a deo suscipiēti sacrm nō iterabile qd est assimilatiuū alij habenti τ distinctiuū a nō habēte: rememoratiuū sacri suscepti τ xpo ɔfiguratiuū significādo. s. obligatiōez aīe ad xp3. Imp̄mit ēt aīe i baptismo ex̄ō bap. τ duo effectu. Maiorē. Siqdem ɔgruit receptū in familia xpi distingui a nō recepto p aliqd intrinsecu3 sibi hmōi vero distinctiuu3 est character. Est quoqz dispositio ad grām ingr̄ū. s. deus illi assistit tanq̄ signo inuisibili ad causandū grām ingr̄um sic̄t recedēte obice ē seu ipedimēto in habēte ip3.

§. 3. ¶ Utr3 aūt sit forma absoluta vel respectiua sunt opiones varie quaꝝ quel3 posset saluari vt dicit Sco. Opio tñ communior est q est forma absoluta sicut τ gfa ad quam disponit: in q̄ fundat relatio signi τ similitudis. Cōfertur aūt solū character in illis sacris q sūt initerabilia. s. baptismō ɔfirmatione τ ordine. Cu3 vero hec forma sit indelebilis: pōt dici hitus q est q̄litas de difficili mobilis: τ sic reponit in pria spē qualitatis. Et si dicas q est dispō ad gfa3 ergo nō est hitus. Rñdeo q vnus hitus bn̄ est dispō ad aliu3 hitum. si vt hitus principij disponit ad hitu3 ɔclonis. nec tñ pp hoc est dispō vt distinguit ɔ hitum in prima spē: nā illa est q̄litas de facili mobilis. Et si dicas q hitus disponit ad faciliter agendū ex scdo ethicoꝝ. character aūt non. Dico q illud nō est verum generaliter: nisi de habitu acqsito. Non enim oīs habitus infusus dat facilitatem ad actū: sicut p3 de nouiter converso cui est difficile actus virtutū elicere quousqz ex frequētia bonorum actuū hēat aliquā virtutē acqsitam. Ponit q̄qz character in voluntate fm Sco. sicut gfa ad quā disponit vt dictū est in scdo. ¶ Ad primu3 arg^m. dicūt §. 4.
qdam q circūcisio non imprimebat characterē. pōt tñ ɔcedi fm Sco. q ibi imprimebat character sicut in baptismo. Ita eni erat primo ianua salutis in lege mosaica: sicut baptism⁹ in lege noua. ¶ Et cū arguit §. 5.
q tunc circuncisus nō esset baptizādus. Nego consequentiā. Ad probationē dico illū characterē circuncisionis differre ab illo baptismi sicut imperfectu3 a pfecto. queadmodū differt gfa huius a gratia illius. τ sic cū circuncisus recipiebat baptismū nō imprimebatur in ipso nouus character: sed prior imperfectus pficiebatur. ¶ Ad scdm dico q character dr indelebilis §. 6.
nō q includat ɔdictionem ipm deleri: sed p comparationē ad potentiam creature. τ qr deus ordinauit ipm nō delendū. Et notandū q baptismū precedunt cathecismus τ exorcismus que nō sunt sacramēta sed sacramētalia. Est autē cathecizare idem qd instruere. Et q̄uis cathecism⁹ pter adultos fuerit institutus: paruuli tñ baptizādi l3 nullā possint apprehendere instructionē: sunt cathecizandi pter maiorem baptismi solēnitatem. τ vt paterni q rñdent pro paruulo τ habent eu3 instruere maxime si nō habeat parentes xpianos ipm instruentes melius sciant sup qbus postea debeant paruulum informare: τ vt paruulus religionē christiana3 diligentius custodiat per hoc q sciet eam se fuisse professum per alium in baptismo. ¶ Unde cu3 patrinus respondet. Credo in persona paruuli: sensus est: q sacram ēta fidei pmisso sum recipere: τ quādo veniā ad adulta3 etatem: actu credendo fidei cōsentiam. l3 autem nullus per votu3 alterius obligetr: ea tamē que sūt de necessitate potest patrinus pro paruulo pmittere: τ sic ipsum obligare coopante ad hoc bono quod paruulus recipit p patrinū. Per exorcismum autem artatur diaboli potestas circa baptizandum: ne de cetero ceteris paribus tantum possit cōtra illum quantu3 posset si exorcizatus non esset. τ maxime ipsum impediendo ab effectu baptismi. Predicta vero τ ea que sequuntur baptismum cuiusmodi est traditio vestis candide in signum renouationis: non sunt de necessitate baptismi quin sine illis conferri posset: sed pertinent ad sacramenti solennitatem. τ peccaret sacerdos hec omittens: casu necessitatis excepto.

¶ De confirmatione. Di. vij.

Hunc de sacro confirmatiõis addendũ est de cuiꝰ virtute queri solet. Forma eni apta est. s. verba que dicit eps cum baptizatos in frontibꝰ sacro signat chrismate. Hoc sacrm ab alijs pfici non pōt nisi a sũmis sacerdotibꝰ nec tpe aplorum ab alijs q̃ʒ ab ipsis aplis legit factum nec ab alijs q̃ʒ ab illis q locum eorum tenent pfici pōt aut debet. Naz si aliter psum ptũ fuerit irritũ habet ꝛ vacuũ: nec inter ecclesiastica reputabit sacra. Iz autē pres byteris baptizatos tangere in pectore: sz nō chrismate signare in fronte. Uirtꝰ aũt huiꝰ sacri est donatio spũsscti: ad robur q in baptismo dat ad remissionez. Uñ. Rabanꝰ a sũmo sacerdote p impositionē manus paraclytꝰ tradit baptizato vt roboret p spmsctm ad predicandũ alijs illud qđ ipse in baptismo ɔsecutuz est. Item. Oēs fideles p manus impositionez eporum post baptismum accipere debent spiritum sanctum vt pleni christiani inueniantur.

¶ Melchiades.

Scito vtrũq3 eē magnũ sacrm sed vnũ maiori veneratiōe tenendũ sicut a maioribus dat. Ecce maius dicit sacrm confirmationis sed forte non ob maiorē virtutez ꝛ vtilitatē quã conferat: sed qꝛ a dignioribus dat ꝛ in digniori parte corporis fit. s. in fronte: vel forte qꝛ maius augmentũ virtutũ prestat: lz baptismus plus ad remissionē valeat. Qđ videtur innuere Rabanus dicens in vnctiōe baptismi spiritũsanctũ descendere ad habitationem deo ɔsecranda. In hac vero eiusdem

De nō ɔsecrādi

septiformē gratiã cum oī plenitudine sanctitatis ꝛ virtutis venire in hoiem. Hoc sacrm tãtum a ieiunis accipi ꝛ ieiunis tradi dz sicut ꝛ baptismus: nisi aliter cogat necessitas. Nec dz iterari sicut nec baptismꝰ vel ordo. Nulli eniz sacro facienda est iniuria: quod fieri putatur qñ non iterandũ iterat. Sed vtruz aliqua vel nulla iterari possint questio est? Nã de baptis-

Augu. mo ꝛ ordine q non debeāt iterari apte Aug. dicit. Utrũq3 sacrũ est ꝛ quadã consecratione datur: illud qdem cuz baptizatur: illud vero cum ordinatur. Ideoq3 in ecclesia catholica vtrunq3 non licet iterari: qꝛ neutri faciēda est iniuria: quod indubitanter etiam de cõfirmatione tenendũ est. De alijs vero vtrũ iterari valeant vel debeant postea differemus.

Circa distin. 7. possent multa queri d ɔfirmatiōe pportionalr his que quesita sunt de baptismo: sed pmitto quã dã rõnem huius sacri ex qua patet solutio multarũ qõnum. Et supponēdo q relationis que est formale in hoc sacro: fundamentuz totale sit vnctio deteriata: cum cōcomitantibus alijs multis regsitis pōt assignari ratio talis. Cõfirmatio seu sacrm cõfirmationis est vnctio hois viatoris: aliqualiter ɔsentiētis vel libero arbitrio ndq̃ vsi facta in fronte in figura crucis crismate sanctificato ꝛ hoc a ministro idoneo simul cũ intentiōe debita iungente: ꝛ verba certa pferente significans efficaciter ex institutiōe diuia vnctionem aie p grãm roborantē ad ɔfitendũ cum ɔstantia fidē xpi. ¶ Hic appareт que sit mã huiꝰ sacri ꝛ posset distingui de mã sicut dictũ est in baptismo. ¶ Materia prima est vncti: fctã in fronte in figura crucis cũ chrismate sanctificato. mã aũt remota est chrisma cõpositum ex oleo oliue ꝛ balsamo. ꝛ sanctificatũ spãliter ab epo vel ab alio cui talis sctificatio cõmitti poterit. Per oleum qđ supeminet alijs liquoribus figur charitas: p balsamũ q suauit fragrat figur odor bone fame q dz esse in confirmato. Forma est talis. Cõsigno te signo crucis. Cõfirmo te chrismate salutis. In noie patris ꝛ filij ꝛ spũsci. Quidã ponunt signo pro ɔsigno ꝛ sanctificationis pro salutis. ꝛ idem est. Susciptens est hō viator ꝛ aliqualr consentiēs: quod intelligendũ est sicut de baptismo dictũ est. Sed iste est tantũ recipiens fm deteriatam partē. pter qđ additur in fronte. ¶ Minister etiã pz ex predictis ex parte cuius regritur simultas vnctionis ꝛ plationis forme ꝛ intētio: sicut dictũ est de baptismo: qđ addit significans ꝛc. dicit rōnē q̃ est formale in isto sacro. qđ vero ponit vnctionē interiorē: dicit correlatiuũ illius relationis: ¶ Cõtra pdicta ar. qꝛ xps nō sic instituit. vt apparet Jo. xx. qñ insuflauit ꝛ dedit discipulis suis. s. s. ꝛ actuum. 2. qñ misso spũsctō in linguis igneis ɔfirmabant. neq3 apli tali forma ꝛ mã vtebãtur sed impōne manuũ. Itē in baptismo nō regritur aqua ɔsecrata: ergo nec chrisma ɔsecratum. Itē videt q sacerdos cōis possit istud sacrm ɔferre. iuxta illud di. 95. Peruenit: ꝛ ponit in lra. vbi Grego. dedit licentiã sacerdotibus ianuarij epi ɔfirmandi. Ad primum. xps nō alligauit potentiã suã sacris: ꝛ ideo potuit aplos suos ɔfirmare sine tali mã: ꝛ tali forma cũ aplis etiã potuit dispensare in primitiua ecclia maxie qꝛ in ɔfirmatione ab eis collata erant aliq̃ signa sensibilia. vt descēsus. s. s. sup ɔfirmatos: ꝛ donũ linguaꝝ. sed iã cessantibus talibꝰ miraculis ministri debuerũt hanc mãz ꝛ hanc formã seruare. Supponit eni hoc sacrm esse institutũ a deo: lz tps ꝛ modus huius institutionis nō legat in scriptura. Multa eni auctoritate xpi tradita sunt ecclie p aplos que in scriptura nō legimus. vt dicit dam. li. 4. Ad scđm dico q in baptismo non regrit aqua ɔsecrata: qꝛ p hoc ipediret salus multoꝝ. cũ sit sacrm ad salutem necium. Ad tertium dicit

Di. 7. q. i. §. i.

§. 2.

§. 3. argum.

Rñsio.

q. 4.

§. 5.

dr a quibusdã q̃ papa hoc cõcessit seu permisit ad tēpꝰ propter scandalũ vitãdũ. sed istud nihil est: qꝛ vtiliꝰ scandalum nasci permitit: q̃ vt veritas relinquatur. extra de regulis iuris. In hoc aũt cõcessiõe peccasset Grego. mortalr si cõcessisset de facto qd non potuisset cõcedere ꝛ prebuisset sacerdotibꝰ occasionẽ peccãdi mortaliter: scȝ faciendi qd non licebat facere. Alij põt esse duo modi dicendi probabiles. Unus q̃ in primitiua ecclesia non erat distinctio sacerdotum ꝛ epõꝝ nec erat alius gradus. vt pȝ p hieronimũ sup eplaȝ ad Titũ. Unde in actibꝰ aplõꝝ nõ legitur distinctio sacerdotũ ab aplis q erant epi. tñ propter necessitatẽ postea multiplicati sunt sacerdotes in ecclesia: ꝛ restricta est ab eis ptãs epalis quo ad aliqua que reseruata sunt epis. ꝛ talis actus erat cõfirmare. si hoc est verũ Grego. bene potuit sacerdotes illos subiectos ianuario epo licenciare ad cõfirmandũ: qꝛ in hoc nõ cõcessit ptãtem non cõuenientẽ eis: sed reuocauit prohibitionẽ priꝰ eis factã. Alius modus dicẽdi est q̃ si a principio nõ licuit sacerdoti: papa potuit quẽlibet sacerdotẽ illius regionis facere epm q̃tũ ad actũ istum nõ tñ sibi cõferendo simplr gradũ epalẽ q̃tũ ad alios actus. ¶ Circa pdicta oriunt qdã dubia. Primo vtrũ istud sacrm̃ sit necessariũ ad salutẽ. Rñdeo q̃ nõ est simplr necessariũ: qꝛ baptizatus p solũ baptismũ saluatur. iuxta illud q crediderit ꝛc. Est tñ necẽm adulto hoc mõ vt nõ cõtẽnat. sed tpe cõgruo illud suscipiat. Iudicaret enim cõteptꝰ si oĩmoda oportunitate oblata nõ susciperetur. ꝛ sic hẽtur ex. de sen. excõ. Rñsio in glo. q̃ non est plene xpianus q eam contemnit. ¶ Utrȝ hoc sacrm̃ sit dignius baptismo? Rñsio. qñ aliqͥs includit ꝛ supponit aliud: põt cõparari vel sm̃ illud precise qd ptinet ad vtrũqȝ. vl̃ scȝ illud qd sm̃ ponit sup posito pͦ ꝛ qdẽ 2ª cõparatio nõ est cõparatio p se: qꝛ sic vl̃r 2m excedit primũ. sicut duo bona excedũt alterum eoꝝ: sed pria est p se: qꝛ est sm̃ precisas rõnes cõparatoꝝ. ꝛ hoc mõ dico q̃ baptismus simplr nobilius sacrm̃ est cũ ibi maior gra cõferat p quã culpa ꝛ pena delet. Confirmatio tñ põt dici nobilior sm̃ qd: qꝛ a nobiliori ministro cõfert. sed hoc nõ est simplr propter eius nobilitatẽ: sed propter baptismi maiorẽ necessitatẽ. rõne cuius pluribꝰ ministris cõcedit. ꝛ sic intel

§.6. ligitur illud qd hẽtur de cõse. di. 5. Nouissime. ¶ Utrȝ illud sacrm̃ possit iterari? Rñsio. Iterari nõ dȝ. sed sciẽter iterans mortalr peccat. nec iteratũ hȝ aliquaȝ efficaciã. Cuius rõ principalis est institutio diuia. Ad qd addit cõgruentia: qꝛ imprimit effectũ indelebilem scȝ characterẽ. Ad hoc est qd dr de cõsecratiõe distin.

§.7. 5. Dictũ. ¶ Que est pena iterantiũ hoc sacrm̃? Rñ. Dicũt canoniste sicut dictũ est de iteratiõe baptismi. Qd probant p locũ a simili: p illud capi. de cõse. distin. 4. Quis. Sed aliter dico q̃ vl̃r nulla pena canonica que nõ est inflicta a papa cõdente ius icurritur ipso iure. nec pp argꝰ exponentiũ canones siue a simili siue a cõtrio sensu: est aliqͥs tale pena astrictus: qꝛ põt exponere ius qd conditũ est. non autẽ p expõnem suã aliquod ius cõdere. Unde inocentius q tñ fuit papa cũ fecisset magnũ opus exponẽdo ius canonicum. re-

§.23. ¶ Ad primū argm̄ dicit Sco. q̄ si detinens est in extrema necessitate: ⁊ ille cuius est res non sit tūc illa res est detinētis iure poli. Extra de verborum signi. exiit. li. 6. Si aūt vterq̄ sit in extrema necessitate: ⁊ primus deuenerit ad istā necessitatē vl ambo simul: dʒ reddi dn̄o suo quod suū est. Et si arguas q̄ magis qlʒ dʒ diligere vitam suam corporalē q̄ proximi. Uerum est dum tñ nō iniuste ꝯseruetur. custoditio aūt vite in tali casu de re aliena est iniusta: qꝛ ipsum iniuste occidit ei subtrahēdo qd̄ sibi necīū est. Sic latro magis dʒ sustinere suspendiuʒ q̄ occidere suspendentē vt euadat: qꝛ dilectio vite corporalis iniuste custodite nō est dilectio ordinata: qꝛ nō est ad dilectionem dei ⁊ aīe sue. ¶ Sed nunqd̄ si detentor in p̄io casu post extremā necessitatē veniat ad pinguiorem fortunā teneſ restituere equalens sicut dictuʒ est supra de imponente. R̄ndeo q̄ sic. si prius ipsam rē occupauerit q̄ esset in tali necessitate: qꝛ talis occupatio rei aliene fuit iniusta: quapropter obligatio ad restituendū: lʒ sit sopita p extremā necessitatē nō tñ extincta. Sʒ si nunq̄ ante extremā necessitatē occupasset: tunc simplr iuste occupasset rem suā. nec ad aliquam restitutionē teneret.

§.25. ¶ Ad scd̄m de adultera. dr̄ vno modo q̄ ipse dʒ reuelare crimē suū filio suo spurio: ⁊ inducere eum ad dimittendum hereditatem vero heredi. Aliter dr̄ q̄ dʒ reuelare marito vt in testamento suo assignet hereditatem vero heredi. Contra primū arguit Sco. qꝛ aut filius credit matri aut non. si credat non est ꝓbabile q̄ ꝓpter hoc dimittet hereditatē: qꝛ pauci inueniunt ita pfecti q̄ propter iustitiam seruandā in foro dei dimittāt magnas possessiones quas p̄nt tenere in foro exteriori. Nō dʒ autem mater se exponere certo pīculo vel certe diffamationi ꝓpter incertam correctionē filij. si non credit: tunc sunt duo mala: qꝛ ⁊ illa est diffamata: ⁊ iste tenet hereditatē vt prius. Contra scd̄m arguit q̄ mulier non dʒ exponere virū pīculo vxoricidij nec se exponere pīculo diffamatiōis ⁊ mortis seu odij ꝑpetui ⁊ separationis a viro que ex talibus vt in pluribꝰ eueniunt propter incertum bonū hereditatis restituēde. ⁊ ꝓpter hoc in terris vbi primogenitꝰ est heres: vir nō posset auferre hereditatē a spurio: nisi in foro publico probaret eam esse talē: ⁊ tunc oporteret mulierem nō solū diffamari apud maritū: sed apud totā patriam. Rich. dicit q̄ si filꝰ ꝑsuasus a matre noluerit hereditatē reddere: ipsa post mortē mariti tenetur ad restitutionē. Non tenetur aūt filius credere matri nisi posset facere sibi certam fidē q̄ non suscepit eum de marito suo: quod tñ nimis difficile esset fieri. nec tenetur mater restituere totū valorē hereditatis: qꝛ q̄n suscepit filium de adulterio multa poterant impedire ne hereditas deuolueretur ad alium queʒ ipsa dānificauit. sed teneſ satisfacere ad arbitriū bonorū virorum. Scotus vero dicit q̄ mater dʒ inducere filiū spurium quātū potest vt dimittat hereditatē ꝑsuadēdo sibi q̄ intret religionem: vel q̄ fiat clericus ⁊ recipiat bona ecclesiastica. ⁊ his sibi sufficientibꝰ contentus: hereditatē fratri dimittat quasi laico remanenti. Nō si cor eius ad hoc flectere nō vo' cat: nō dʒ se illi prodere: qꝛ non est certa q̄ talis im ꝑsuasibilis ab ipsa in honestis alijs ꝓpter istud flecteretur: imo fortius teneret ꝯcipiens diffamationē sui: qꝛ p illam notaretur esse spurius quam notā multū cauēt male nati. Sed tunc mater tenetur laborare ad restitutionē faciendam vero heredi aliunde. non qdem equalēter totī hereditati: sʒ aliqd minus ad arbitriū boni viri. puta ꝓuidendo sibi de honesto victu ⁊ vestitu: si hereditas sit pinguis. q̄ si nec hoc posset: ꝓponat restituere si ad pinguioreʒ fortunam venerit. iuxta illud ca. Odoar. Ray. aūtē distinguens dicit q̄ crimen p̄dictum filio spurio non est reuelandū si sine pīculo reuelari nō possit si tñ facta diligenti inq̄sitione inueniatur q̄ sit hō̄ spiritalis ⁊ timens deum: tūc corā muliere p eius ꝯfessorem si expediens videatur poterit sibi reuelari: recepto prius iuramento ab ea q̄ nō maliciose procedat: ⁊ etiā ab eo q̄ secretū teneat. Qui si sana ꝯsciētia nō credat: excusatur. Si vero honestas femine ⁊ alie circunstantie faciant ei probabilē conscientiaʒ: tutius est vt nihil vlterius percipiat. hʒ roda.

¶ Circa predicta de restitutiōibus ⁊ ꝯtractibus oriuntur quedaʒ dubia. Et primo. Q̄uo restituet q̄ impedit aliquē a ꝯsecutione alicuius beneficij. R̄ndeo ſm Sco. q̄ ille tenetur restituere non totū beneficiū: qꝛ multum distat inter habere ⁊ eē̄ prope: sed aliquaʒ portionem corrn̄dentē alicui parti valoris beneficij. ⁊ hoc si directe abstulit intentiōe dānificandi euʒ. Si autē indirecte. s. procurādo sibiipsi ⁊ cū hoc intē- §.6.

dendo dānificare aliū nec alias procurasset: tenet vt p̄dixi. Sed si tantūmodo intēdens ppriē vtilitati procurat sibi ipsi: et sic ꝯsequenter preter intentionē eius alius fuit dāmificatus: iste ad nihil tenet ei: q2 lz vnicuiq3 sibi prouidere: alio neglecto. Confirmat. ff. no ui de opis nunciatione. l. 2. Si presciendo venas in fundo meo p quas deriuatur aqua ad puteū alterius intentione nocendi sibi: teneor ad restitutionē damni: sed hoc faciens sine fraude intēdens ꝯsulere necessitati proprie: vtpote mihi est vtile facere murū q non potest ꝯuenienter fundari sine precisione istaꝝ venarum: nō dānifico aliū: q2 ius habeo faciendi vtilitatē meā in fundo meo.

§. 27. ¶ Quid si qs in ipsa re furtiua vel rapta fecit expensas? Dicit Rod. q in foro pnie si expensas fecit ad ꝯseruationē vel melioratiōe3 rei puta curando aial morbosum vel nutriēdo porcum vel pascendo equū: et hmōi: deducere eas potest ex quo satisfacit alias integraliter damnum passo. econtra satisfacere d3 si res redditur deteriorata. vt dicit Roymūdus.

§. 28. ¶ Quid si res furtiua pit? Rńdeo fm Raymundum quocunq3 casu pierit tenetur fur vl raptor ad restitutionē: q2 fuit in mora vt q2 fuit in mora restituendi. q si non fuerit in mora vt q2 obtulit re3 dño tpe debito et dñs neglexit accipe: nō tenetur de casu. Et notādū q raptor q potuit restituere inuita et noluit. si postea in articulo mortis vult et non potest: d3 ecclesiastica sepultura denegari: q̄uis ei viaticū nō negēt. ex. de raptoribus. Sup eo. Quod fm Rich. est intelligendū de raptore publico nō de occulto. et q efficaciter monitus se corrigere noluit. c. ti. in litteris. et de sepulturis parrochiano.

§. 29. ¶ Quid de his q sciēter emerūt de furto vel rapina? Respōd. fm Ray. si hoc sciebat qs aut probabilr credebat et emit cupiditate acqrendi sibi: vt. s. haberet vel venderet alteri sicut vellet: indistincte tenet restituere: nec liberat alienando alteri: vl si res peat morte vl quocunq3 casu: vel ei auferatur. Et ratio est: q2 ipse furtū cōmisit re3 alienā inuito dño ꝯtrectando: fur aūt semp est in mora. Unde nec precium qđ dedit poterit repetere ab illo cuius res est: et tenetur de fructib9 et dānis: vt in precedentibus dictū est. hoc aūt verum est non tantū de primo emptore: sed etiā de aliis sequentib9 rem ipsa3 mala fide ementib9.

§. xxx. ¶ Quid de illo q emit bona fide? Respōsio. Talis emptio potest fieri dupl̄r. Uno modo q2 emit volūtate restituendi dño: videns ipsa3 pire: et talis fm Ray. potest repetere a spoliato illud qđ dedit pro ipsa re: etiā si res sine culpa sua peat: q2 vtiliter gessit negociū spoliati. Et breuiter qcquid sibi ex illa re abest potest repetere: qcqd vero adest: tenetur restituere. q si diligenti facta inqsitione nō inueniatur is cuius est: emptor d3 dare pro aia illius illud quod valet res illa vltra id qđ sibi debetur. Alio modo q2 nō credebat re3 esse furtiuā: et talis si postea inueniat rem esse alienā: nō potest a dño petere precium. C. de furtis. In ciuilē: sed agat ꝯ venditorem si tn̄ durante bona fide res perit: non tenet: q2 non erat in mora. sl̄r etiā si alienauerit eam: nec tenet de fructibus bonefidei tempore pceptis: tenetur tn̄ de fructibus illis q nō essent adhuc consumpti sed extarent ex quo incepit habere malā fidem. ex. de rebus ecclesie aliena. ad nostram.

¶ Quid de edentibus vel dona accipiētibus de rapina. Respon9. tenent restituere fm hostiē. nisi ea consumpsissent anteq̄ intelligerent fuisse de rapina. C. de rei vendicatiōe. Certi. §. 31.

¶ Quid de vxore vel familia raptoris vsurarij vl furis q scienter de talibus induunt et nutriunt? Rńsio fm Ray. tenentur de oibus que sic consumunt: nisi cum agunt cām spoliatoꝝ inducendo raptorē vt restituat. Qui eni vtiliter negociū gerit alterius etiam ignorātis et absentis. licite recipit expensas siue secuta fuerit vtilitas siue non. ff. de negociis gestis. l. 2. Nō q pro vna mentione vel duabus possint viuere p annum de rebus raptis: sed quādiu continue instant in opportunis horis. Si etiā aliqua sint ibi de iusto: possūt de illis consumere vel expendere: si aūt nō sint: alium de sibi victū querant: vel a consanguineis vel amicis vel opando: vel etiam elemosynas querēdo. Si etiā aliqua iusta mixta cu3 raptis posset vxor denunciare epō vl decano aut aliis q possent et vellent prodesse vt viro psuadeant vel ipm cōpellant ad prouidendū sibi de licitis vel ad dandū sibi dotes vel partē dotis pōt etiā licite f3 rod. accipe necīa de rebus sic mixtis que discerni non pnt dum tn̄ habeat in mente viuere de licite acqsitis: et marit9 nō sit impotens soluere. Si vero nullo predictoꝝ modoꝝ victū inuenire possint: tūc possent de rebus raptis sumere necessaria sibi: q2 necessitas non h3 legē. de ꝯsecratione distinctiōe prima. Sicut. Dolendo in aio et proponēdo restituere q̄ssit possibilitas. Predicatores etiā q tales vel excōmunicatos inducunt vt restituāt: possunt apud eos comedere: maxime si alibi cōmode necessaria nō inueniant. extra de sententia excōmunicationis. Cū voluntate. Istud aūt maxie fm Rod. nō est exclusiuu3 quasi aliter non possint: sed est aggregatiuū: sicut illud: qn imo beati q audiunt verbū dei. Possunt etiam paupes de incertis elemosynā ab eis recipe. cum talia possint paupibus distribuere vt predictū est. Et etiā si habent aliqua preter rapinas et vsuras: et p hoc non efficiantur impotentes soluere. §. 32.

¶ Quid de rebus inuētis? Dicit. Tho. in scda scde. q circa res inuentas est distinguendū. Quedā eni sunt que nunq̄ fuerunt in bonis alicuius sicut lapilli et gēme que inueniunt in littore maris et talia occupanti ꝯcedūtur: et eadem est ratio de thesauris antiquo tēpore sub terra occultatis: quoꝝ non est aliqs possessor. nisi q fm leges ciuiles tenet inuentor medietatē dare dño agri: si in alieno agro inuenerit. Propter quod in parabola euangelij dr de inuentore thesauri absconditi in agro q emit agrū quasi vt haberet ius possidendi totum thesaurū. Quedā vero res inuente sunt de propinquo in alicuius bonis: et tunc si qs eas accipiat nō aio retinendi sed aio restituendi dño q eas pro derelictis nō h3 nō cōmittit furtum. et similiter si pro derelictis habeantur et hoc credat inuentor: lz sibi retineat non cōmittit furtū. siue sint mobiles siue imobiles, alias aūt cōmittitur peccatū furti. Unde aug. dicit in §. 33.

est in quadā omelia. ⁊ habet. 14. q. 5. Si qđ inuenī/
sti nō reddidisti rapuisti. Cōcor. Nico. de lyra in ex/
§.34. pōne dicte parabole. ¶ Qualiter restituet res inuen
ta? Rñdeo. Dȝ publice ꝓclamari in ecclesijs seu lo/
cis vbi fuerit īuenta. ⁊ si is cuius est īueniat: ꝯsideratis
debitis circūstātijs sibi restituat. si vero nō reperiat: de
tur paupibus. Ipse etiam inuētor si paup est: pōt ea
sibi retinere auctoritate sui penitentiarij. vel epi vt di
cit Ray. si sibi dispositionē talium retinuerit. De hoc
nota ea que supra dicta sūt de restitutione incertoꝝ. ⁊
quod dictū est agēdo de elemosyna in fine ꝓm Tho.
viȝ ꝙ cū aliqs ponit distributor elemosynaꝝ: si indi/
§.35. get pōt sibi accipe. ¶ Utꝝ cōmittat furtū in paruis re
bus? Dicit Tho. in scđa 2e ꝙ illud qđ modicū est: rō
apprehēdit quasi nihil: ⁊ ideo in hmōi hō non repu/
tat sibi nocumentū inferri: ⁊ ille q accipit pōt psume
re hoc nō esse ꝯ volūtatē eius cuius res est. ⁊ sic fur
tiue accipiens potest a mortali excusari. Si tñ habeat
aīum furandi ⁊ inferendi nocumentū ꝓximo: etiā in
talibus pōt esse pctm̄ mortale sicut ⁊ in solo cogitatu
§.36. ꝑ ꝯsensum. Hec Tho. ¶ Ex predictis potest intelli
gi illud qđ habetur. 14. q. 6. ca. vl. Nō qđ furto su/
blatum est: sed mens furātis attendit. Intelligit eni
qñ voluntas est talis ꝙ etiā maiora subtraheret: vel
qñ ex ablatione parue rei domus intelligitur grauā/
§.37. ri. ¶ Quid de eo q accipit occulte de bonis alicuius
sui debitoris sibi soluere nolētis. Respondet Rich.
ꝙ peccat ꝓpter indebitū modū accipiēdi. non tñ te/
netur restituere. 14. q. 5. Nō sane. Concordat Tho.
in scđa scđe. Ex hoc potest iferri ꝙ si ꝓpter hmōi bo
na feratur snīa excōicatiōis talis ligatur: qꝛ hmōi sen
tentia cū sit medicinalis: extra de snīa excōicatio. li.
6. non seruet debite nisi ꝯ illos q iniuste detinent alie
num. vt vȝ illud dño restituant. nec iudex ligare intē
dit nisi illos q sunt in mora satisfaciēdi. aliter iniuste
ageret ⁊ ꝯ inhibitionē iuris. li. 6. de snīa excōicatio/
nis. romana. §. caueat. Talis aūt nō iniuste detinens
eū ad restitutionē nō tenetur. Non est etiā ferēda ni
si pro pctō mortali ⁊ illis q aliter nō potuerunt cor/
rigi. xi. q. 3. Nemo talis aūt non peccat mortalr de/
tinendo. vt pȝ ex predictis. ⁊ pōt corrigi sine restitu/
tione etiā si mortalr peccasset accipiendo. qđ tñ non
fecit si sine scandalo accepit. vt dicit Guilliermus al/
tisiodo. Unde Augu. capitulo allegato. Non sane
qcqd ab inuito sumit iniuriose aufert. Nam pleriqꝫ
nec medico volunt reddere honorē suum: nec opa/
riis mercedē. nec tñ hec que ab inuito accipiunt p in
iuriam accipiunt: que potius p iniuriā nō darentur.
Et si arguas ꝙ in foro contentioso talis cogeret resti
tuere. Respondet Guilliermus altisiodoreñ. ꝙ tale
iudicium quod fit ꝓm allegata ⁊ probata: non semꝑ
ꝯformatur iudicio diuino. De hac materia loquens
Alexander libro primo. titulo. 29. de bello. articulo
primo asserit quosdā dicere ꝙ vbi qs ius suum pro/
seq nō potest: lȝ sibi furtiue accipe sua vel equalens.
sine tñ aliorū scandalo. 23. q. 2. ca. 2. Ad predicta
facit quod dicit Nico. đ lyra. Math. 18. ꝙ deus ex
cōicationem ab ecclesia latam approbat: dum tñ eius
iudicium nō erret. ¶ Quid de ꝓpositis ⁊ officiarijs §.38.
dñorum? Rñdet rođ. ꝙ mortalr peccant quotiēs ac
cipiunt munera ꝓpter faciendā grām alicui in preiu
dicium alterius. aut si minis ⁊ terroribus aliqd extor
queant aut si quosdā grauent vt alij timētes eis serui
ant ne talia patiant. ⁊ teneāt ad restitutionē si possint.
aliter non sunt absoluēdi. ¶ An milites ⁊ psone ec/ §.39.
clesiastice possint sine peccato recipe emendas quas
de cōsuetudine legitima leuant. Dicit rođ. ꝙ sic qñ
subest iusta cā ⁊ seruat iuris ordo. ⁊ ꝙ nō faciant pro
pter auaritiā sed ꝓpter iustitiā. Nec obstat ꝙ pena sit
maior dāno: qꝛ pene hmōi non tantū ꝓpter interesse
sed etiam ꝓpter arcenda crimina sunt statute. sunt tñ
tempande pensatis negocioꝝ ⁊ psonarū circunstan
tijs: qꝛ culpa est proseq totam culpā. securius quoqꝫ
esset huiusmodi penas in pios vsus conuertere in q̄
tum. s. excedunt dānum illatū. ¶ Cōtractus est obli §.xl.
gatio mutua ex voluntate partium cōsurgens. Con
tractus autem qdam sūt nominati: vt emptio. vendi
tio. locatio. cōductio. societas ⁊ huiusmodi. q ideo
dicuntur nominati: qꝛ nomen cuiuslibet eorū ita pro
prie sibi conuenit vt nulli alij ꝯtui accōmodari pos
sit. Alij sunt inominati. puta. do vt des. do domum
vt des vineam. facio vt facias: facio tibi librū vt edi
fices mihi domū. ⁊ hmōi. do vt facias. facio vt des.
q dicuntur inominati: qꝛ noīa eorum ita vaga sunt ꝙ
alijs cōtractibus noīatis accōmodari pñt. Unde do
vt des: pōt accōmodari emptioni ⁊ venditioni. Uen/
ditor eni dat rem vt emptor det preciū. ⁊ econuerso.
Nomen pacti adeo est generale: ꝙ oībus ꝯtibus no
minatis ⁊ inoīatis accōmodari pōt: seu ad oīa que in
ter partes agunt causa ꝯhende vel tollēde obligatio
nis: ⁊ dī a pace. est eni ꝯsensus duoꝝ vl plurīū in idē
alteri ab altero dandū vel faciendū. Est autē obliga/
tio vinculū quo necio ꝯstringimur ad aliqd dandū
vel faciendū. Contractus nō tenet qñ dolus dat cām
ꝯtui puta dolo te induxi vt venderes quoddā aīal
qđ alias venditurus nō eras. ff. de dolo. l. eleganter.
Excipiunt monachatus ⁊ matrimoniū. ꝓm rođ. si aūt
dolus incidat in ꝯtu vt: qꝛ eras venditurus sed p do
lum te induxi vt minori ꝑcio venderes. tunc qdem
tenet ꝯtractus: satisfaciendū est de dolo. ¶ Dolus est §.41.
insidiosa machinatio seu maliciosa cogitatio. vt si cō
modatarius surripi sibi fecit rem cōmodatam: vt in
furto participaret. ¶ Lata culpa est nescire qđ oēs §.42.
intelligunt vel sciunt. vt si cōmodatarius dimisit rē
cōmodatā i platea ⁊ ablata fuerit ⁊ dicat ꝙ nō crede/
bat ꝙ acciperetur. Leuis culpa est negligentia. vt si cō
modatarius reposuit rē cōmodatam in camera sua
⁊ recessit relicto apto hostio. Leuissima culpa ē que
aliquo mō pōt preuideri. vt si cōmodatarius rem qdē
in archa posuit sȝ nō firmauit. quod si fecisset: fur nō
subripuisset. Casus fortuitus est q nullatenus pōt ꝓui/
deri: sicut incendiū naufragiū rapina. ¶ Quid si cō §.43.
modē tibi rem ad certū vsum: ⁊ tu variās ad aliū pu/
ta cōmodaui tibi equū vsqꝫ ad certū locū ⁊ tu pcedis
vlterius. vel cōmodaui illū vt duceres ad villā ⁊ tu du
xisti ad bellū. vel rem quā tibi cōmodaui cōmodasti

aliter? Rñdeo. In oibus pdictis furtū cōmittit: nisi
qñ cōmodatarius credebat dñm pmissurū: et erat iu-
sta cā credēdi. ¶ An cōmodatari⁹ restituere teneat:
§.44. si res cōmodata pijt vl' deterioratur? Rñdeo q si qs
accepit cōmodatum grā sui tantū vt frequētius fieri
solet: tenet de dolo et de culpa siue lata siue leui. siue
leuissima. extra. e. c. vnico: qz rem non custodiuit vt
debuit. De casu vo fortuito tenet si interuenerit pactū
vel mora. s. restituēdi rem. vt in dicto capitulo vel si
casu ille sua culpa accidit. puta cōmodaui tibi equuz
et ce. vt in qōne precedenti. Si vero cōmodatū fuerit
gratia dantis puta cōmodaui spōse clamydē vt orna-
tior ad me duceret: tunc cōmodatarius nō tenet nisi
de dolo tm̄. ff. e. si vt certo. §. Interdū. Cōmodans
tenet cōmodatario si ei sciēter cōmodauit vasa vicio
sa ppter quam cām vinum vel oleū effusum est. ff. e.
l. in rebus. Depositū seu res ad custodiēduz data dz
reddi quatuor casibus exceptis. Primo cū qs gladi
um deposuit: deinde furiosus factus ipm repetit. Se
cundo si deponēs fuerit deportatus. i. exulat⁹: nā bo
na eius publicant. Tertio qñ fur deposuit et cuz dño
in petitione ɔcurrit: qz tūc potior est dño. Quarto qñ
fur deposuit apud illū cui surripuit: vel apud pprieta
§.45. riū. Hec patent. ff. e. ¶ Utrū depositarius teneat sa
tisfacere deponēti: si res deposita apud eū pereat? Rñ
deo. q tenet si cōmisit dolum vel latā culpam: qd psu
mitur ɔ ipsum qñ rebus suis saluis existētibus res de
positas amisit. tenet etiā de leuissima culpa: si ad cu-
stodiēdū depositū se obtulerit: vl' aliqd pro custodia
recepit. De casu etiā fortuito tenet: si pactū culpa vel
§.46. mora pcessit. Hec habent ex. e. bona fides. ¶ Utrū
creditor cui nō soluit possit pignus vendere? Rñdeo
q si pactuz fuerit q possit pignus vendi: dz creditor
nunciare debitori: et postea poterit vendere sz formā
conuentā. Si vero pactū fuerit de non vendēdo: nō
poterit vendere nisi post trinā denunciationē. et inter
hmōi denunciatiōes dz esse triduū. si vero nullū pa-
ctuz fuerit: sufficit vna denunciatio. Et postea elapso
biēnio poterit fieri venditio. Hec pbant ab Alexandro
p multa iura ciuilia. ¶ Locator dr q rei sue vsum al
teri p precio ɔcedit: vt cū loco tibi domū meā vel ali-
quod aial: ego sum locator. tu vero ɔductor. Loca-
re opas suas dr: q pro pcio se offert ad aliqd facien-
dum. In trib⁹ casibus dñs expellere pōt inqlinū siue
ɔductorez. Primo si hoc exposcat necessitas: q tpe lo
cationis nō iminebat puta si domus locata facta sit si
bi necia: qz illa quā habitabat destructa est. vel si do-
mus locata minet ruinam. et dz remitti census vel pē
sio rei locate pro rata tpis. Scdo si conductor puer-
se in domo ɔuerset. puta domū deteriorādo vel me-
retrices ibi tenendo. Tertio cū inqlinus p bienniū nō
soluit pensionē. extra. e. ppter. Debet etiā pensionē
remitti p rata. (vt ibidē dr) rōne magne sterilitatis. ni
si sterilitas valeat cōpensari cū vbertate pcedentis vel
§.47. sequētis āni. ¶ Utrū ille q locat opas suas faciēdas
in re aliqua: teneat de dāno illius rei. puta si dolia q
qs accipit transferēda frāgant? Rñ⁹. sm Host. si hoc
accedat culpa sua vel illoz quoz opa vtit: tenet: alias
nō. ff. e. Si merces. Sed de casu fortuito non tenet:
nisi ex pacto locans rem suā puta equū. pro q mer-
cedē accipit: piculo suo tradit: nisi cōductoris culpa
vel negligētia pireat: tūc eni conductor valorē ei⁹ resti
tuere deberet. teneret etiā ɔductor restituere si appo
neretur pactū: dum tñ esset rōnabile. puta si qs loca
ret alicui equū eunti ad locū vbi pbabiliter dubitare
tur de pdonibus: tali pacto q sibi euz restitueret si a
predonib⁹ caperetur. Quia vero pdicta valent de diffi
cili retineri: posset ex ipsis elici quedā breuis regula.
vz q res cōmodata deposita vel locata remanet in pi
culo dantis: nisi dolus pactum culpa vel mora inter-
uenerit ex parte recipiētis. Cuius declaratio pz ex p
cedentibus. ¶ Pacta facta a guardianis vl' priorib⁹ §.48.
mendicantiū de suoz ɔuentuū assensu cū viris eccle-
siasticis sup iuribus parrochialib⁹ vl' aliis qbuscūq
sunt ppetuo et inuiolabiliter obseruāda. dum tñ ali-
as sint licita et honesta. non obstāte q magistri vl' mi
nistri gñalium seu puincialiū predictoz nō interuene
rit assensus. nec ab ipsoz gñalibus vel puincialib⁹ ca
pitulis extiterint approbata. 6. e. Qz ex eo. Utrū pa
cta rationabilia frangētes peccent mortaliter. Rñño
sm Boñ. extra de pactis. ca. pmo in glo. argu. 22. q.
5. Iuramēti. q sic. Et hoc maxie videt hēe veritatē
qñ fractio pacti vergit in notabile detrimētū primi:
tūc eni ē ibi mēdaciū pniciosū: lz nō interueniat iuramētū

Utrum qlz in alio ɔctu accipiēs aliqd q.3.
vltra sortē: teneat ad restitutio §.1.
nem? Qd nō: qz lz vnicuiq in ɔctibus se ser-
uare indēnem. Uendens eni vt dictū est prius pōt ca
rius vendere: attendēs dānū suū. ergo etiā ille q mu
tuat lz se seruare indēnem. qd nō pōt: nisi accipiendo
aliqd vltra sortē. Item is q mutuo accipit pecuniam
volūtarie aliqd reddit vltra sortē: qz nullus cogit eū
ad accipiendū ad vsurā. et sic transfert dñiuz in aliū.
ergo alius nō hz alienū. Itē in nullo casu lz alij par-
ticipare in peccato: lz accipiēs ad vsuram in casu ne-
cessitatis nō peccat. Argm̄ ad hoc. 23. q. pma. qd cul
patur. ergo nec ille q dat. ¶ Contra. 14. q. 3. Usu-
ra est vbi amplius reqrit q̄ qd dat. et infra. Ecce qc-
qd vltra sortem exigit vsura est. Itē extra de vsuris.
capitulo pmo et sequenti. et capitulo Cōsuluit. ¶ Ad §.2.
hanc qōnem distinguit Ric. q accipe aliqd vltra sor
tem q̄tum ad psens sufficit: pōt quadrupl'r intelligi-
tez aut de ɔctu mutui: aut locatiōis: aut emptiōis aut
venditiōis. Primo mō ɔtingit aliqd accipe vltra sor
tem: aut rōne pene ɔuentionalis: aut liberalis dona-
tionis: aut rōne interesse. Aut tanq̄ aliqd exactū pro
mutuo directe vel indirecte. explicite vel implicite.
Primo mō accipiēs aliqd vltra sortē nō tenet ad re
stitutiōez si pena nō fuerit apposita in fraudē vsuraz:
sed intētione arcendi accipientē ad obseruationē fide
litatis pmisse: qz vt dr. ff. d regulis iuris: qd a quodā
pene noie exactū ē: illud eidē restituere nemo cogit.
Signū aūt manifestū q nō est in fraudez vsurarū sm
Sco. est qñ creditor magis vellet die pfixo pecuniaz
sibi solui: q̄ in crastino cū pena adiecta. Et p opposi
tum est in fraudē vsuraz qñ vult potius diē trāsiri q̄
pecuniā

pecuniã ipsa die solui. Scđo modo etiã accipiẽs vl-
tra illud qđ mutuauit restituere nõ tenet. Si eni mu-
tuo aliqđ alicui nõ in fraudẽ alicui⁹ vsure: τ ille tñ̃
gratis dat mihi plus ex sua liberalitate: nõ teneo: re
stituere: qꝛ illud meuȝ est iure liberalis donationis. 3⁹
modo .i. rõne interesse licitũ est aliqđ accipe vltra soꝛ
tem pluribꝰ modis: Uno mõ cũ fideiussoꝛ pro defe-
ctu debitoris cõpulsus est soluere creditori capitale τ
vsurã. Tũc eni fideiussoꝛ dȝ recipe a dbitore vtrũqꝫ
qꝛ seruari dȝ indẽnis: extra đ fideiussoribꝰ Cõstitut⁹.
§.3. ¶ Alio modo qñ mutuãs incurrit dãnũ ex hoc ꝙ il
le q accipit mutuũ nõ reddidit in termĩo assignato. ex-
§.4. tra de fideiussoribꝰ. Peruenit. ¶ Alio mõ cũ aliqđ
impignoratꝰ marito pro dote. tũc eni marit⁹ vltra ca-
pitale pt retinere fruct⁹ pceptos: ad onus matrimõij
§.5. supportandũ. extra de vsuris. Salubriter. ¶ Alio⁹
cũ vassalus ecclie ipignorat sibi feudũ qđ tenet ab ea
nec interi reddit ecclie suitiũ q̃ sibi tenetꝰ p feudo: tũc
eni ecclia põt retinere capitale cũ fructibꝰ pceptis. ex
de vsuris. Cõquestus τ ita possꝫ dñe tpalis: qꝛ cũ vsu
ra sit pter ius nature prio politicoꝝ. τ ꝯ ius diuinuȝ.
§.6. Luce. 6. mutuũ date nihil inde spantes: si illud esset
vsura: nõ liceret ecclie. ¶ Alio mõ cuȝ aliqs mutuat
illi q violenter vel fraudulenter rem suã detinet tunc
eni mutuans restituere nõ tenet illud qđ accipit vltra
mutuũ: qꝛ si nõ accipit alienũ: sed ad se retrahit suuȝ
§.7. extra. de vsuris ca. primo in textu τ in glo. ¶ Quar
to mõ aliqđ accipe vltra sortẽ põt fieri aut sine pacto
τ insinuatiõe intẽtiõis plus habẽdi aut sine pacto ex
presso cũ insinuatione tñ aliq plus habẽdi aut cũ pa-
cto. Prio mõ nõ tenet restituere accipiẽs aliqđ vltra
sortẽ q̃uis peccet si corruptã habuit intentionẽ plus
habẽdi. Corrupta aũt fuit intẽtio: si mutuauit princi
palr i spe lucri: nõ aũt si scđario. ex de vsuris Cõsuluit
in glosa. Cõcordat goffridus dicẽs ꝙ nõ est opus re
stituere ad purgationẽ sui delicti: sed sola pnia suffi-
cit sibi sicut in symonia mẽtali. extra de symonia. c. si
quis: sed ꝯ sunt her. τ rod. allegãtes illud capitulũ.
Consuluit. in quo dr ꝙ talis est inducẽdus ad resti-
tuendũ. Prima opio videt verioꝛ: qꝛ lȝ in dicto ca-
pitulo dicat ꝙ talis sit inducendus: nõ tñ cogendus.
q aũt restituere tenet nõ solum dȝ ad restitutionẽ in-
duci: sed quodãmodo cogi p subtractionẽ absolutio
nis: qꝛ non dȝ absolui: nisi primo satisfaciat vel satis-
facere pponat. Hanc opinionẽ tenet Sco. dicens ꝙ
solus aius sine oi pacto verbali vel alio signo equalẽ
ti non facit ipm recipientẽ vltra sortẽ habere alienũ:
§.8. τ ideo nec teneri ad restitutionẽ. ¶ Scđo modo nõ
lȝ: qꝛ tunc est q̃si quoddã pactũ iterpratiuũ: qꝛ ex hoc
psumit mutuũ accipiens ꝙ mutuãs mutuat intẽtio-
ne plus habẽdi: τ ꝙ si nõ daret aliqđ vltra sortẽ: ille
alias nõ mutuaret sibi. Uñ si aliqđ dat mutuãti: libe
§.9. ralis donatio nõ est. ſȝ q̃si sub ꝯditione coacta. ¶ 3⁹
§.10. mõ ꝯtingit aliqđ accipe vltra sortẽ quadruplr. Uno
modo qñ capitale τ lucruȝ ponunt sub certitudine.
Alio mõ qñ capitale ponit in certitudine τ lucrũ in
foꝛtuna: vt cũ aliqs alij mutuat cẽtũ sub tali pacto ꝙ
habebit aliquã portionẽ lucri si fuerit lucrũ. capitali
suo semp sibi saluo qcqđ accidat. ¶ Alio modo qñ
lucrũ ponit sub certitudie τ capitale in foꝛtuna. vt cũ §.11.
qs eunti ad nundinas vel in angliã mutuat centũ pro
certa sũma pecunie recipiẽs in se piculũ capitalis nisi
peat p negligentiã vel culpã mutuũ accipiẽtis. ¶ 4⁹ §.12.
modo qñ vtrũqꝫ ponitur sub dubio qđ nõ videt no-
tabiliter magis in fauorẽ dantis q̃ accipientis. Pri-
mis tribus modis accipiẽs aliqđ vltra soꝛtem tenet
ad restitutionẽ: qꝛ ꝯtus sunt vsurarij. Et qꝛ de tertio
modo nõ est ita clarũ sicut de prio τ scđo: ideo pro-
bo qđ dictũ est p cãctem. dr eniȝ extra de vsuris. Na
uiganti. Nauigãti vel eunti ad nundinas certã mutu
ans pecunie quantitatẽ pro eo ꝙ suscipit in se piculũ
recepturus aliqđ vltra soꝛtem vsurarius est censen-
dus: qꝛ nisi fuerit culpa vel negligẽtia illius q accipit
raro accidit ꝙ pecũia quã mutuo accipit peat. Uñ il
le q in casu isto dat pecuniã hȝ in fauorẽ suũ illud qđ
accidit sepe. nec hȝ ꝯ se nisi qđ accidit raro. Quarto
mõ accipiẽs aliqđ vltra soꝛtem restituere non tenet.
qꝛ rõne verisimilis dubij ꝯtus hmõi excusat. Pro-
bat a simili extra de vsuris. Nauigãti: qꝛ sicut ibi du
bium excusat: ita in pposito. dr autẽ ibi ꝙ rõne dubij
excusatur ille q dat decem sol. vt alio tpe totideȝ sibi
grani vini vel olei mensure reddant que lȝ tunc plus
valeant. vtrũ plus vel minus solutiõis tpe fuerint va
liture. verisimilr dubitat. §. Ille quoqꝫ. ¶ In ꝯtu
aũt locationis licitũ est vltra rem locatã aliqđ accipe §.13.
τ retinere pro vsu rei locate. etiã cũ locat res que nõ
peioratur vt pecunia vl cyphi argentei ab honoran-
dũ illum q accipit. sic eni dare pecuniã nõ est eã mu-
tuare sed locare. ff. Cõmodati. Nõ põt cõmodari il
lud quod vsu ꝯsumit: nisi foꝛte ad pompã vel osten
tationẽ qs accipiat. Concoꝛ. Sco. di. ꝙ pecunia ali
quem vsum hȝ vtilẽ ex ppria natura. vt pote ad vidẽ
dum vel oꝛnandũ seu oñdendũ aliquẽ tanq̃ diuitẽ.
τ ad istũ finẽ põt locari sicut equus. nõ est aũt mutui
datio cũ nõ transferat dñium. ¶ In ꝯtu etiã vendi
tionis licitũ est aliqđ accipe vltra soꝛtẽ rõne etiã em- §.14.
ptionis reddit⁹ hereditarij vel ad vitã licitum est reci
pe pventus q̃uis excedant soꝛtẽ si in emptiõe seruat
equalitas iuris nãlis que reqrit in oi ꝯtu emptionis
τ venditiõis ad hoc vt sit licitus (vt dicit Ric.) q̃ qdẽ
equalitas seruat (vt idem di. in quoli.) qñ tantũ valet
res que emit quantũ valet illud qđ pro ea dat. τ ecõ-
uerso. ita ꝙ pensatis oibus circũstantijs fm rectã rõ-
nem ꝯsiderãdis ex oi parte. nõ appareat manifeste qs
scȝ vendens vel emens habeat in illo ꝯtu partem no
tabiliter meliorẽ. paruus aũt excessus equitatem illam
non corrũpit. ¶ Qñ autem notabilis excessus appa
ret manifeste ex parte ementis siue erit vltra dimidiũ §.15.
iusti precij siue citra. tenet emens aut precium iustuȝ
supplere aut totũ quod vltra soꝛtem recipit restitue-
re τ cõtractũ grare. silr si sit notabilis excessus ex par
te vendẽtis tenetur satisfacere ementi. sicut autẽ põt
emi prediũ: sic põt emi redditus seu ius pcipiendi
ãnuatim certã q̃ntitatẽ pecunie sup bona imobilia ali
cuius. Rõ aũt fm Tho. τ Rich. quare p re mutuata
nihil põt exigi vltra soꝛteȝ. τ potest p re locata. est qꝛ

mutuũ est de illis rebus quarũ principalis vsus non ꝯsequitur sine re ipsa: eo ꝙ ille vsus est eaꝝ ꝯsumptio. sicut pꝫ in esibilibus ꝛ potabilibus. vel distractio vt pꝫ in pecunia q̃ ad hoc principaliter inuẽta est vt expendat in emptione rerum aliarũ. ꝛ ꝓpter hoc cũ tales res alijs cõceduntur transfert in illo eaꝝ dñium. Vñ mutuare est de meo tuũ facere iuxta nomẽ eius. Et ideo exigens aliqd pro vsu rei mutuate: cõmittit vsurã. qꝛ vendit vsum rei nõ sue. Non sic de re locata cuius vsus nõ est eius ꝯsumptio. vnde ꝯcedit vsus domus retento dñio. Cũ igitur ꝯcedere principalẽ vsum taliũ rerũ sit ꝯcedere res ipsas: ille q vltra recõpensationẽ rei exigit recompensationẽ pro vsu. exigit bis recõpẽsationẽ pro eadẽ re: aut recõpensationẽ ꝓ eo quod nõ est. qḋ est ꝯ equalitatẽ iuris. Locatio autem est de rebus quaꝝ vsus põt cõcedi sine re. qꝛ eaꝝ vsus nõ est eaꝝ ꝯsumptio. Vñ põt dñiũ domus vendi retento vsu: ꝛ ꝯcedi vsus retento dñio. Et ideo ille cui restituitur domus locata si vltra hoc exigit precium pro vsu: nõ exigit pro eadẽ re bis cõpensationẽ nec recõpensationẽ pro eo quod nõ est. Scḋm autem Scotũ in mutuo transit dñium iuxta nomen eius ꝛ iõ exigens aliqd pro vsu rei mutuate cõmittit vsuram: qꝛ vendit illud qḋ nõ est suũ: siue vsum rei non sue. Alia etiã rõ assignat ab eo: qꝛ de pecunia non puenit fructus nisi ex industria vtẽtis. ꝛ sic volens hẽre fructũ de pecunia vult hẽre fructum de industria aliena. Et hec est rõ q̃re ꝑ oppositũ fruct⁹ pignoꝝ germinatiuũ cõputantur in sortẽ. Ex pdictis pꝫ differẽtia inter mutuũ ꝛ comodatũ. In mutuo eni transit dñiũ. ꝛ ideo si nõ sit gratuitũ: statim vsura est. In cõmodato aũt nõ transit dñium. sed gratis ꝯcedit vsus rei cõmodate. puta eq retento dñio. Si aũt nõ sit gratuitũ in locatione trãsire videt. nõ tñ est vsura. vt dicit ho. extra. c. ꝯquestus. Itẽ dans mutuũ intẽdit recipe in tertio: nõ eandẽ rem numero sed eiusdẽ generis vt puta granũ vel pecuniã: In cõmodato vero recipit eadem res numero in tertio. vt idẽ liber idẽ equus. Dr aũt vsura quasi vsus rei vel vsus eris vł pecunie. Vñ cõmittit. qñ aliqd exigitur pro vsu rei mutuate. Iura aũt allegata pro parte negatiua intelligunt de recẽptione vltra sortẽ pro mutuo. ¶ Ad arg⁹ in oppositum. Ad primum dicit Sco. ꝙ is q nõ vult dãnificari pecuniã sibi necessariã reseruet: qꝛ nullus eũ necessitat ad faciendũ mĩam. primo: sed si vult facere misericordiam: necessitat ex lege ꝙ nõ faciat eam viciatã.

§.17. ¶ Ad scḋm dicit ꝙ ꝛ si transferat dñium tenet recipiens ad restitutionẽ sicut in mutui donatiõe transfertur: ꝛ tñ debitoꝛ tenetur tantũdem restituere creditori.

§.18. ¶ Ad tertium dicit Rich. ꝙ accipiens ad vsuras in casu necessitatis nõ est particeps illius peccati: sicut nec recipiens in casu necessitatis iuramentũ ab idolatra: Non enim opꝫ ꝙ semp recipiens peccet qñ dans peccat. nec obediens qñ supioꝛ neqter imperat. qñ ꝓbabile dubiũ est vtrum licitũ vel illicitũ sit quod imperatur. 23. q. 1. qd culpatur. vbi dr ꝙ qñq3 forsasse rerum facit regem iniq̃tas impando. Innocentem aũt militẽ ostendit ordo seruiendi. Nõ peccat etiam q bono aĩo rogat vsurariũ mutuum dare paupi. qꝛ licet sciat ipsum recepturũ vsuras. hoc tñ nõ intendit: sed plus vellet ꝙ mutuaret sine vsura. Et q̃uis hoc velent cõmuniter oẽs ad vsuram accipiẽtes: non tñ est licitũ ad vsuram accipe extra casum necessitatis propter dãnum reipublice ꝛ restictionẽ maloꝝ. nec hoc intelligit de necessitate extrema: sed qñ homo notabiliter dãnificaretur. vel notabilẽ penuriã pateretur nisi acciperet ad vsuram hec Rich. Tho. aũt concordãs dicit in scḋa scḋe ꝙ non lꝫ inducere aliquẽ ad mutandum sub vsura lꝫ tñ ab eo q hoc est paratus facere ꝛ q exercet vsuras mutuum accipe sub vsuris ꝓpter aliqḋ bonũ. vt est subuentio sue necessitatis vel alterius. dicit etiã ꝙ licitũ est recipe vel exigere pro mutuo recõpensationẽ eoꝝ que non mensurant pecunia puta beniuolentiã ꝛ amorẽ eius cui mutuauit. ¶ Notandũ ad declarationẽ premissoꝝ ꝙ vassallus dr ille q habz feudũ ab aliquo: feudũ vero est cõcessio rei imobilis facta pro hõmagio. Interesse aũt cõmunius sumitur pro vitatiõe dãni. lꝫ qñq3 sumat pro lucro ad aliquẽ rõnabiliter ptinẽte vt dicit aster. §.19.

¶ Circa predicta de vsuris pñt aliqua dubia oriri. Et primo qd de illo q gerendo negocium alicuius fenerat ad eius vtilitatẽ. Rñ°. si alius nõ restituat: tenetur ad restitutionẽ. etiã si nihil ad eũ puenerit. cũ sine ipso nõ fieret talis contractus. secus de eo q nudũ prebet ministeriũ cuiusmodi sunt famuli q de mandato dñoꝝ suoꝝ dant pecuniã ad vsuram. tales eni lꝫ peccent in illicitis ministrando: nõ tñ tenent restituere si nihil ad eos puenerit: cũ sint tñ ministri ꝛ nõ actores talis ꝯtractus. §.20.

¶ Quid de notarijs q sup vsuris scienter ꝯficiunt instrumento. Rñio scḋm Hosti. sũt piuri: qꝛ qñ creantur solent iurare ꝙ talia nõ facient. si tñ ob hoc recipiant pecuniam nõ tenent restituere: qꝛ receperunt eam pro ope suo q̃uis illicito. Preclarus etiã q subscribit ꝛ sigillat lr̃as vsurarias si illas legat ꝛ veritatẽ pcipiat: particeps est peccati vsurarum ipsas approbãdo. §.21.

¶ Quid si qs emat fructus alicui⁹ agri ad tempus. Rñio ꝫ hosti. ꝙ lꝫ iste ꝯtus nõ sit vsurarius ex forma ꝯtusꝫ tñ põt fieri in fraudem vsuraꝝ. vt si ager sit tantus ꝛ talis ꝙ verisimile sit ꝙ fruct⁹ inde colligẽdi multo plus valerẽt si iust⁹ emptoꝛ inueniret q̃ ille dederit. puta dedit decẽ libras: ꝛ verisimile est ꝙ valeãt viginti. Si aũt ꝓbabiliter dubitat vtrũ sint plus vł minus valituri: nõ ẽ vsura. ar. in. c. Nauigãti. §.22.

¶ Quid sit cõitas vel princeps ciuitatis imponat mutuũ ciuibus assignans cuilꝫ q mutuabit sup aliqbus redditibus suis pro certa q̃titate mutui certã pecunie q̃titatem ãnuatim reddendam. vt pro. c. libris. 8. libras ꝛ ad hoc se obligauerit. Rñdet aster. ꝙ si illa obligatio fuerit gratis spontanea: ꝛ is q mutuauit semp mallet si posset suũ mutuũ recupare q̃ prouentus habere. licite poterit eos recipe. §.23. §.24.

¶ Quid si qs mutuet bladum vetus vel aliqd hmõi vt nouũ recipiat. Rñdeo ꝙ si faciat vt melius recipiat q̃ sit suũ vsurã cõmittit. Si aũt hoc faciat ne res sua peat: vel vt primo subueniat: vel si dubitet ꝓbabiliter vtrũ plus vel minus tpe solutionis sit valiturũ: nõ cõmittit vsuram. Concordat in §.25.

dat in hoc hosti. gof. ⁊ rod. ¶ Quid si parat⁹ sum
§.26. emere merces aliquas pro centū libris q̄bus eram lu
craturus ſm ꝯscientiā sanam ⁊ spem firmā decem li
bras vsq; ad mensem (ipsis ad certū locū deductis) ⁊
tu ꝓpter nimiā instantiā tuā me impedis ne emam: ⁊
hanc pecuniā recipis ⁊ promittis mihi infra mensem
reddere .c.x. libras. Rn̄det hosti. ꝙ nō est vsura: q2
loco interesse succedit. nō sic de eo quod posset q̄s
in posteruʒ lucrari ex pecunia mutuata. ſm Tho. in
scd̄a scd̄e q2 non debet vendi id quod nōdum habet
⁊ potest multiplr̄ impediri ab habendo. ¶ Quid de
§.27. legibus que ꝑmittunt vsuras. Rn̄deo ꝙ nihil valent
q2 sunt ʒ̄ ius diuinū vt pʒ ex preced. Sunt etiā ʒ̄ ius
nature. q2 vsurarius querit lucꝝ de eo qd̄ gratis dare
deberet. 4. ethicoꝝ. Sunt etiā abrogate ꝑ ius canoni
cum. Leges eni non dedignant̄ sacros canones imi
tari. In Auten̄. vt clerici apud proprios ep̄os. col.
6. Illi q̄ ꝑmittunt vsuras rōne interesse: stare possūt
§.28. si sane intelligant̄ vt dictuʒ est. ¶ An xp̄ianus licite
accipiat vsuras ab hostib⁹ ʒ̄ quos iustū bellum gerit.
Rn̄det ray. ꝙ sic. maxime si sint infideles. 14. q. 4.
ab illo: q2 accipit quod suū est: non qd̄ alienū. cui vi
§.29. deatur ꝯcordare Rich. vt pʒ ex predictis. ¶ Utrum
sit vsura vti pignore ꝑ debito sibi obligato. Rn̄. ſm
Tho. ꝙ si q̄s pro pecunia sibi mutuata obliget rem
aliquā cuius vsus precio estimari pōt: dʒ ille q̄ mu
tuauit cōputare vsum illius rei in existimationē eius
qd̄ mutuauit: alioqn idē est ac si precium acciperet pro
mutuo qd̄ est vsura: nisi forte eēt talis res cuius vsus
sine precio soleat ꝯcedi inter amicos sicut pʒ de libro
accōmodato. concordat Sco. Intelligunt̄ aūt ꝑdi
cto deductis expensis. vt si q̄s equū impignoratū nu
triat: poterit eo vti iuxta valorē expensarū. Excipiun
tur tn̄ duo casus supra positi. s. cum aliqd impigno
rat marito ꝓ dote. Et cū vassall⁹ īpignorat ecclie feu
dū qd̄ tenet ab ea. Differūt aūt. hypotecha ⁊ pign⁹ hy
pothecha eni dr̄ res imobilis supposita obligatiōi. ab
hypo qd̄ est sub. ⁊ tesi positio. Pign⁹ vero ꝓprie dr̄
res mobilis: quasi a pugno vl̄ manu tradita. Sumit̄
etiā ꝓ re imobili. puta domo vl̄ agro differunt tn̄: q2
si res supposita obligationi transit in potestatē credi
torum: dr̄ pignus. si vero remanet apud debitorē vr̄
hypothecha: sʒ q̄tū ad actionē nō differūt sʒ tm̄ in vo
ce. ¶ Quid si vendaʒ prediū tali ꝯditione adiecta ꝙ
§.xxx. vsq; ad tot ānos nisi reddam preciū relinquā predi
um. Rn̄. ſm ray. hoc non est mutuū quare nec vsu
ra. ⁊ emptor facit fruct⁹ suos q2 vēditio est. ⁊ hoc in
telligas nisi talis venditio fuerit facta in fraudē vsura
ruʒ qd̄ pōt ꝑsumi si modicū est preciū respectu valo
ris rei. extra de emptione ⁊ venditione Ad nostraʒ.
Et si sit in pacto qd̄ restituat̄ aliqd plus q̄ fuit in ꝑ
cium extra de pignoribus. ca. Uos. Item si emptor
consueuit facere vsuras. idē hosti. ⁊ ber. Posset etiā
poni signū talem ꝯtractum nō fieri in fraudē vsuraꝝ eo
mō ꝙ ponit Sco. de pena ꝯuentionali. vt tactuʒ est in
precedētib⁹. Si eni emens mallet quanti in se est ꝑ
dium absolute emere q̄ cū tali ꝯditione: signū est ꝙ
non vtit̄ tali conditione in fraudē vsure. Illud autē
ſm veritatē fit in fraudē vsurarū. qd̄ fit in fraudē ca
nonis ʒ̄ vsurarios editū. vt si vsurarius ad sue vsure
palliationem. ne ꝑ canonē ʒ̄ vsurarios editum: pos
set in posterum conueniri ad restitutionē eoꝝ que ha
buit vltra sortē: non vtitur contractu mutui sed em
ptionis. extra de emptione. Ad nostram. ⁊ is q̄ habʒ
talem intentionem corruptā tenetur restituere q̄cq̄d
habuit vltra sortem: q2 fraus ⁊ dolus nemini patroci
nari debent. vt dr̄ ibidem. Si vero sine tali intentiōe
emptor iustū preciū non dederit: tenetur iustum pre
cium supplere. aut totum quod vltra sortē recepit re
stituere ⁊ ʒ̄ctum quitare. vt dictū est in preceden̄. ſʒ
Rich. Emens quoq; scienter redditus a non habēte
redditus vel hereditatē faciendo sibi obligari bona
eius mobilia: in fraudē vsure agit vsuram suam ʒ̄ctu
emptionis palliando. vt videtur innuere rodon̄. Ge
neraliter aūt fit fraus canoni vel legi qn̄ obseruata su
ꝑficie littere cōtra mentem legis venitur. extra de pre
ui. q̄to. Circa predicta notandū ſm Rich. ꝙ nullū
ius nāle nec potētiale dictat ꝙ emens aliquā rē here
ditarie: tantū pro ea teneatur dare quantū probabile
est ꝙ ipse ⁊ eius successores debeant inde recipe. cuʒ
ratio nālis dictet ꝙ hō magis sibi diligat illud quod
emit ⁊ preciū qd̄ inde dat q̄ suis heredib⁹. Iʒ quoq;
sit licitū emere ius ꝑcipiendi certam q̄titatē pecunie
sup bona imobilia alicuius dum tn̄ nō appareat ma
nifeste quis partem habeat notabiliter meliorē: tn̄ ille
ʒ̄ctus non est ita decens sicut ʒ̄ctus ꝑdialis: q2 in fru
ctib⁹ prediorū multa possunt impedimēta accidere.
puta tēpestatis. guerre ⁊ sterilitatis. que ꝑicula susti
nent emptores prediorꝝ. hec Ric. quapropter dʒ fie
ri remissio venditori ſm ꝙ talia impedimēta occur
runt. de q̄ vide in alex. li. 3. ti. de emptiōe. ¶ Quid §.31.
si vnus hʒ viginti capita ouiū alius totidē vel decem
⁊ cōmunicant eas adinuicē. ⁊ ꝑiculum ⁊ emolumen
tum ⁊ expensas cōicant prorata. ¶ Rn̄⁹. ſm rod. ꝙ
non est ʒ̄ctus vsure sed societatis. ⁊ pn̄t etiā ꝯuenire
ꝙ de fetibus recupent̄ capita mortua: vel ꝙ de velleri
bus ⁊ pellibus emant̄ capita ad augmētandū gregē.
Possunt etiā locari aialia pro frumento vel alia re.
dum tn̄ conductor nō grauetur. licitū est etiā appone
re pactū de dāno vel lucro rei locate: ita tn̄ ꝙ vtrūq;
sit rōnabile. ¶ Quid si quis habēs viginti capita tra §.32.
dit alicui custodienda ⁊ pascenda sub certa mercede
vel certa participatione prouentuū gregis. Respon̄:
ſm rodon̄. si dominus retinet sibi ꝑiculum aialium:
nō est ʒ̄ctus vsure: sed locationis. secus si nō retinet
ꝑiculuʒ sed imputat ꝯductori. Et notandū gn̄aliter
in huiōi ʒ̄ctibus ⁊ ꝯsimilibus ꝙ sunt liciti qn̄ cōmu
nis est conditio dantis ⁊ accipientis. secus est vbi vi
detur melior conditio vnius q̄ alterius. ita ꝙ euidē
ter apparet notabilis excessus vnius partis ad aliam
vt patet ꝑ ea que dicta sunt in precedentibus a Rich.
⁊ Sco. ¶ Quid si quis dat certa capita ouium exti §.33.
mata certo precio hoc pacto ꝙ rusticus non accipiat
aliquam vtilitatē donec qui dedit recipiat prius totā
sortē. Rn̄deo ſm roda. ꝙ iniquū est valde pactum:
Sicut etiā si q̄s paciscatur ꝙ anteq̄ rusticus accipiat

§.34. aliqd restaurabit de festib⁹ oīa mortua. In his eni pa
ctis est q̄si tradere oues imortales. ¶ Utrū liceat cō
mittere pecuniā mercatori vel artifici p modū socie
tatis: ꝛ inde lucruʒ accipe. Rn̄deo fm Tho. in 2ª2ᵉ
ꝙ ille q sic cōmittit pecuniā suam nō trāsfert dn̄ium
pecunie sue in illū sicut in mutuo sed remanet ei⁹: ita
ꝙ cū piculo eius mercator de ea negociatur vel arti
fex opatur: ideo potest licite partē lucri petere inde p
uenientis tanq̄ de re sua. Concordat Rich. vt pʒ ex
§.35. ꝑdictis: q: capitale ꝛ lucrū ponunt sub incerto. ꝛ vt
sic nō sit melior pe vel conditio vni⁹ q̄ alteri⁹. ¶ Pos
set aūt fm hosti. fieri pactū i cōtractu societatis ꝙ ad vnū
ptinerent due partes lucri ꝛ ad aliū tertia fm ꝙ plus
confert societati vel pecunia vel opa. Usurarius ma
nifestus fm hosti. dr̄ p euidentiā facti. puta q: men
sam tenet paratā ad vsurā. vel q: in iudicio cōfessus
vel conuictus. Sacerdos recipiens oblationē vsurarij
manifesti: vl ipm ad sepulturā recipiēs: dʒ mācre su
spēsus ab executiōe sui officij donec satisfaciat ad ar
bitriū epi. ex. c. q: in obligatiōib⁹. Nouo aūt iure sa
cerdos talē sepeliēs: est excōicatus ipo facto extra de
§.36. sepulturis. eos li. vij. ¶ Non sufficit ꝙ vsurarij ma
nifesti seu publici mandēt in vltima volūtate de vsu
ris satisfacere: sed opʒ ꝙ de ipsis sit satisfactū put eo
rum facultates patiunt: vel saltē ꝙ illis qbus facien
da fuerit restitutio si presto sint. vel ipsis absentib⁹ or
dinario loci. vel vices eius gerēti aut rectori parro
chie sit de restitutiōe idonee cautū alias nō sūt ad cō
fessionē aut ad sepulturā admittēdi nec absoluendi.
Testamēta quoqʒ eoꝝ sūt ipso iure irrita nec ipsis dʒ
aliqs aliter itereē. Extra. c. q̄q̄. li. 6. Illi āt q n̄ ha
bēt in facultatib⁹ suis vn̄ valeāt restituere: nō debēt vl
la pena mulctari. excusat eniʒ paupertas. ex de vsuris.
§.37. q. m. ¶ Et notādū ꝙ bona mobilia ꝛ imobilia vsura
rii. obligant illis a qbus vsure sūt accepte. Un̄ si mo
bilia nō sufficiāt ad restitutionē faciēdā: possessiōes q̄
de vsuris sūt cōparate dn̄t vēdi. ꝛ eaꝝ pcia his a qb⁹
vsure sūt extorte restitui scdm q̄titatē vsure accepte.
vt dr̄ ibidē. Multa quoqʒ dubia hāc mām tangen
tia psūt patere ex duabus qōnibus precedentibus.

§.38. q Uia in pcedentib⁹ fuit de ludo alee facta
mētio. circa ipsam aliq̄liter est insi
stendū. Ubi sciēdū ꝙ ludus alee gn̄aliter dr̄
de ludo oīs ludus q fortune virib⁹ initit. Prohibet aūt talis
alearū. ludus ꝛ iure ciuili ꝛ iure canonico ne. s. fiat i pecunia
seu ex cupiditate. Iure qdē ciuili. ff. de alea. ꝛ auten
tica de sctis epis. §. Interdicim⁹ Iure vero can̄. p
hibet. 35. di. epe. vbi sic hr̄. Eps aūt pbr̄ aut dyaco
nus alee aut ebrietati deseruiens aut desinat aut inde
dānetur. i. deponat. Subdyacōus aut lector aut cā
tor si sīa faciēs: aut desinat aut cōione priuet. sīlr ꝛ lai
cus. Qui igit tali ludo ex cupiditate deseruit: morta
liter peccat. cū tales pene nō sint iponēde nisi p graui
crimie. xi. q. 3. Nemo. ꝛ ca. Nullus. Nemo epoꝝ
quēlʒ sine certa ꝛ manifesta pcti cā cōione priuet ec
clesiastica. sub anathemate aūt sine cōscia archiepi aut
coepoꝝ nullū psumat ponere: nisi vn̄ canonica docet
auctē: q: anathema eterne ē mortis dānatio. ꝛ nō nisi
pro mortali dʒ imponi crimine: ꝛ illis qui aliter non
potuerunt corrigi. Nullus sacerdotem queʒ q̄ recte
fidei hominem pro paruis ꝛ leuibus causis a comu
nione suspendat. preter eas culpas pro qbus antiqui
pres arceri ab ecclia iusserūt cōmittētes. Et sic iacet
in tex. Dicit tn̄ rod. ꝙ fm quosdā tūc tm̄ est mortale
cū ducit in cōsuetudinē. deseruire sigdē cōsuetudineʒ
iportat. Secus eēt si qs aliqn̄ nō ex cupiditate sed pp
recreationē seu eā tediū vel tristitiā effugādi luderet.
hoc eni mō ludē nō est phibitū fm Ric. hic ꝛ i quol.
Un̄. ff. de aleatorib⁹. lege vltima: cōcedit talis ludus
p cōi conuiuio faciēdo. Et ille q hoc mō in illo lucrat:
nō tenet restituere: maxie qn̄ ille q amittit: notabiliter
nō dānificat: sed in re modica p cōparationē ad ipm
qd ppter hoc dico q: aliqd eēt modicū diuiti qd mul
tum esset paupi. De hoc dicit hostien. ꝙ illi q hmōi
ludo ludūt in pecunia: cōiter ludunt ex auaricia. Cū
vero ille ludus bono fine pōt fieri: ideo excusantur a
pctō aleaꝝ factores. Et idē dicenduʒ fm Ray. de fa
ctoribus aut venditorib⁹ gladioꝝ aut balistarum ꝛ si
miliū qbus hoies interficiunt: nisi habeāt corrupteʒ
intentionē. puta faciēdo vel vendendo vt hoies talia
hēant ad abusum. seu dādo illis quos estimāt abusu
ros. Sed de illo q lucrat in ludo taxilloꝝ vel alearū
eo mō quo est phibit⁹. Dicūt qdā ꝙ tenet restituere.
qd pbat dupl̄r. Primo q: vt di. Aristo. 4. ethicoꝝ:
Aleator est illiberalis sed illiberalis est q retinet dan
da. ergo illud qd hō lucrat p ludum aleaꝝ nō dʒ re
tineri sed dari. Itē nō tantū phibetur ille ludus. sed
et acqsitō lucri p talē ludū vt. ff. d aleatoribus. l. vl.
Un̄ scdm leges pōt repeti vsqʒ ad qnquaginta ānos
illud qd amittit in ludo aleaꝝ. ergo ille q p talē ludū
lucrat restituere tenet: sʒ iste rōnes nō cogūt. ¶ Ad §.39.
primū dico ꝙ aleator dr̄ illiberalis: q: retinet ea que
eēnt dāda: nō qdē necessitate. sʒ de cōdecētia ꝛ cōgrui
tate cū lucret ab his cū qb⁹ comedit ꝛ bibit. ꝛ sic tur
piter lucrat. Non aūt oīs q turpiter lucrat tenet resti
tuere ea q̄ sic lucrat. vt pʒ de meretrice que tn̄ morta
liter peccat meretricādo. ¶ Ad scdaʒ dicit Tho. in §.xl.
2ª2ᵉ ꝙ circa ea q̄ paleas acgrunt videt esse aliqd illi
citū ex iure diuo. s. ꝙ qs lucret ab his q rem suā alie
nare nō psūt. sicut sunt furiosi ꝛ hmōi. ꝛ ꝙ qs trahat
aliū ex cupiditate lucrādi ad luduʒ: ꝛ ꝙ fraudulēter
ab eo lucret. ꝛ i his casib⁹ tenet restituere. Aliqd au
teʒ videt vlterius illicitū ex iure positiuo ciuili quod
prohibet vl̄r tale lucrum. sed q: ius ciuile non obli
gat oēs sed eos solos q sunt hmōi legibus subiecti.
ꝛ iterum p dissuetudinē potest abrogari. ideo apud il
los q sūt hmōi legibus astricti tenētur vl̄r restituere
illi q lucrantur: nisi forte cōtraria consuetudo preua
leat. aut nisi alius lucratus sit ab eo q traxit eum ad
ludendum: in quo casu nō tenetur restituere: quia il
le qui amisit non est dignus recipere: nec potest licite
retinere tali iure positiuo durāte. vnde debet de hoc
elemosynā facere in hoc casu. hec Tho. cōcor. Sco.
vt patet ex qōne penulti. preceden. vbi inter cetera di
cit ꝙ forte illa lex nullibi obseruat. ¶ Quidaʒ vero §.41.
aliter dicunt: sed in hac mā ad cōscientie securitatem
videt

videt sufficere tantoꝝ doctoꝝ cõcordia. Illud autem
qđ dí. Tho. ꝙ de iure diuino tenent restituere illi q
in alea lucrant ab his q rem suã alienare non pñt. vt
sũt pupilli ⁊ alij nullius rei dispẽsationẽ sibi a supio
ri cõmissam habẽtes ⁊ q ex cupiditate trahũt aliũ ad
ludum vi dolo vel nimia importunitate: vel q frau-
dulenter lucrant pōt etiã ad ludos nõ ꝓhibitos ex-
tẽdi. vt pꝫ ꝑ cõditiones que ſm Scotũ requirunt ad
recte ꝯtrahẽduꝫ in illa questione positas.

§.42. **Utrum** de colũbarijs: garẽnis ⁊ venationi
bꝰ ac aïalibꝰ nociuis. Rñdet astex.
ꝙ de tenentibꝰ colũbaria dicũt aliq ꝙ si non
possint teneri sine ꝑiudicio ⁊ dãno alterius: mortalr
peccant q tenent: qdã tñ credunt ꝙ colũbe plus ꝓfici
unt terris q̃ frequentãt stercorãdo ⁊ mala semina co
medẽdo q̃ alias noceant. vñ nõ videt tutũ sup hoc
aliqd affirmare. De tenentibꝰ garẽnas credũt aliq ꝙ
§.43. vbi dñi agroꝝ vicinoꝝ solebãt agros in tanta liberta
te possidere ꝙ nõ oportebat eos custodias in ipsis ad
hibere ꝓpter arcẽda animalia hmõi garẽnaꝝ. Illi q
De garennis. hmõi garẽnas de nouo ꝯstituũt in ꝑiudiciũ ⁊ dãnuꝫ
alioꝝ: mortalr peccãt. ⁊ tenent dãnificatis ad interes
se. Idem etiã credũt de veteribꝰ garẽnis nisi ꝓbabilr
presumat ꝙ aliq terras vicinas hmõi garẽnis a dñis
illaꝝ garẽnaꝝ accepint excolendas ⁊ sciẽtes ꝯditiões
garẽnaꝝ. s. ꝙ habentes ꝑdia vicina tenent custodire
sata ꝓprijs expensis ab aïalibus hmõi garennaꝝ. ⁊ ꝙ
